APOLLONII PERGAEI

QUAE GRAECE EXSTANT

CUM COMMENTARIIS ANTIQUIS.

EDIDIT ET LATINE INTERPRETATUS EST

I. L. HEIBERG,
DR. PHIL.

UOL. II.

LIPSIAE
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.
MDCCCXCIII.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

PRAEFATIO.

Praeter librum IV Conicorum hoc uolumine continentur fragmenta Apollonii, lemmata Pappi, commentaria Eutocii. in fragmentis apud Pappum seruatis lemmatisque eius edendis Hultschium secutus sum. sicubi ab eo discessi, scripturam eius indicaui; codicis raro mentionem feci. de numero lemmatum Pappi hoc addo, Pappi VII, 246 suo numero designandum esse, sicut factum est in VII, 254, 256; nam ita demum numerum lemmatum LXX adipiscimur, quem indicat Pappus ipse p. 682, 22: λήμματα δὲ ἤτοι λαμβανόμενά ἐστιν εἰς αὐτὰ ο'. his enim uerbis, quae genuina sunt, minime significantur lemmata „quae insunt in libris", sed ipsa lemmata Pappi ad eos adsumpta, sicut lemmata XX libri de sectione proportionis p. 640, 23 Pappi sunt VII, 43—64, librorum de sectione determinata XXVII et XXIV p. 644, 20 Pappi VII, 68—94, 95—118, locorum planorum VIII p. 670, 2 Pappi VII, 185—192, porismatum XXXVIII p. 660, 15 Pappi VII, 193—232, librorum de inclinationibus XXXVIII p. 672, 16 Pappi VII, 120—131, 132—156 (nam VII, 146 et lemmata I, 4, 8; II, 12 in bina diuidenda sunt; cfr. p. 798, 19).[1] in libris

1) Itaque in libris tactionum aliquid turbatum est; nam p. 648, 16 lemmata indicantur XXI, cum tamen sequantur XXIII (VII, 158—184) siue XXVII, si lemmata 10, 12, 13, 22 in bina diuiduntur.

de sectione spatii nullus numerus lemmatum indicatur p. 642, 17, quia prima XIX ad librum de sectione proportionis etiam ad illos ualent (u. p. 700, 9, ubi scribendum *ταὐτὰ δὲ καί*).

In Eutocio his siglis usus sum:

W — cod. Uatic. gr. 204 saec. X, de quo u. Euclidis op. V p. XII. interdum manus prima alio atramento in lacunis quaedam suppleuit, id quod W^1 significaui (II p. 168, 7, 8, 18; 170, 2, 8, 13, 19—20; 216, 8, 10; errores paruulos correxit p. 170, 15; 216, 17). adparet, librarium in antigrapho suo his locis lacunas uel litteras euanidas habuisse, quas ex alio exemplari suppleuit (u. p. 170, 24); p. 168, 19 lineolam transuersam addidit, quia lacunam reliquerat maiorem quam pro uera scriptura postea aliunde sumpta.

v — cod. Uatic. gr. 203, de quo u. I p. V.

w — cod. Uatic. gr. 191, bombyc. saec. XIII; continet Euclidis catoptrica, phaenomena, optica, data cum fragmento Marini, Theodosii sphaerica, de habitationibus, de diebus et noctibus, Aristarchum, Autolyci de ortu, Hypsiclem, Autolyci de sphaera mota, Eutocium, Ualentis Anthologiam, Ptolemaei geographiam, Procli hypotyposes, alia astronomica.

p — cod. Paris. 2342 saec. XIV, de quo u. I p. V.

U — cod. Urbinas 73, chartac. saec. XVI; continet Eutocium solum foliis XXX cum correcturis plurimis, quarum pleraeque alia manu factae sunt.

Praeterea hosce codices Eutocii noui:

1. cod. Uatic. 1575 saec. XVI, de quo u. infra p. XI.
2. cod. Mutin. II D 4 saec. XV, de quo u. infra p. XII.

3. cod. Paris. Gr. 2357 saec. XVI, de quo u. infra p. XIII.
4. cod. Paris. suppl. Gr. 451 saec. XV, de quo u. infra p. XIII.
5. cod. Paris. Gr. 2358, chartac. saec. XVI, olim Colbertin.; continet Eutocium fol. 1—32, Sereni opuscula fol. 33—94.

de cod. Barberin. II, 88 chartac. saec. XV—XVI, qui inter alia mathematica etiam Eutocium continet, et de cod. Ambros. C 266 inf., olim Pinellii, qui fol. 250—254ʳ Eutocii commentariorum initium (usque ad II p. 190, 3) continet, nihil notaui.

Iam de cognatione ceterorum codicum uideamus.

codicem w ex W descriptum esse, ostendit eius Uat. 191
in omnibus mendis grauioribus consensus, uelut II p. 292, 1; 308, 14; 310, 6; 326, 13; 338, 15; 342, 20; 344, 14; 346, 17, 19 lacunas eodem modo reliquit; p. 274, 5 pro *διάμετρον* cum W *καὶ ἄμετρον* habet; cfr. praeterea

II p. 172, 21 *AEZ*] om. W in fine uersus, om. w;
p. 180, 24 *πρός* (alt.)] *προ* W in fine uersus, *πρ* w;
p. 286, 21 *τῶν* (alt.)] om. W in fine uersus, om. w;
p. 306, 2 *AB*] *AB* | *AB* Ww.

scripturas meliores rarissime habet, uelut II p. 170, 14; 218, 10.

ex w rursus descriptus est v, sicut uel hi loci Uat. 203
ostendunt: II p. 190, 26 *καὶ διάμετρος* — p. 192, 1 *ἴση*] W, om. wv; p. 200, 15 *φησίν*] W, om. wv. neque enim w ex v descriptus esse potest, ut ex scripturis infra adlatis adparet. emendatio igitur II p. 274, 22 in v coniectura inuenta est.

Urbin. 73 e v descriptus est U; u. II p. 326, 13 *HΘ καί*] *HΘK* cum lacuna 2 litt. Ww, ηθκ v, ἡ θκ U, θη m. 2; p. 342, 16 εἰς τὸ λγ′] Ww, om. vU, εἰς τὸ λδ′ mg. m. 2 U.

Paris. suppl. 451, Paris. 2358 praeterea e v descripti sunt codd. 4 et 5; u. II p. 168, 9 ἐπινοῆσαι] Ww, ἐπιχειρῆσαι vU, 4, 5, corr. m. 2 U et 5; II p. 170, 11 ἐν] Ww, om. vU, 4, 5, corr. m. 2 U.

Mutin. etiam cod. Mutin. II D 4 ex v pendere, demonstrabo infra p. XXI.

Uat. 1575, Paris. 2357 codd. 1 et 3, quorum uterque ab Ioanne Hydruntino scriptus est, ab ipso W pendent; nam summa fide omnia eius uitia, etiam minutissima, repetunt.

Paris. 2342 p quoque ex W pendet; nam non modo saepissime eosdem errores stultos habet (II p. 174, 14; 176, 24; 180, 6; 194, 4; 212, 15; 214, 4, 12; 222, 13, 16; 228, 5; 234, 17; 238, 25; 248, 20; 268, 7; 274, 22; 278, 1; 280, 1, 4, 12; 284, 7; 302, 3, 5; 308, 23; 312, 3; 314, 6; 320, 9, 15; 324, 2, 11; 346, 1; 350, 9; 358, 2; 360, 5) et easdem lacunas omissionesque (II p. 196, 26; 218, 10; 290, 8; 292, 1, 14; 306, 8; 308, 14; 310, 6; 334, 22; 338, 15; 340, 13, 15; 342, 20; 344, 14; 346, 17, 19; 352, 19); sed loci haud ita pauci eius modi sunt, ut demonstrare uideantur, eum ex ipso W descriptum esse. cuius generis haec adfero:

II p. 172, 21 *AEZ*] om. W in fine uersus, om. p;
p. 200, 5 τέμνουσα] τέμνουσ∾ W, τέμνουσαι p;
p. 208, 23 *NΘ*] W, sed *N* litterae *H* simile, *HΘ* p;
p. 286, 21 τῶν (alt.)] om. W in fine uersus, om. p;
p. 294, 1 κατασκευήν] seq. lacuna, ut uidetur, propter figuram W, lac. p (nihil deesse uidetur);

II p. 306, 2 *Δ, B*] *ΔB* | *ΔB* W, $\overline{\alpha\beta}$ $\overline{\alpha\beta}$ p;
p. 328, 4 *ΔHΔ*] *H* litterae *Π* simile W, *ΔΠΔ* p;
p. 340, 16 τὴν *ΔΞ*] τῆ $\overline{\nu\lambda\xi}$ W, τὴν $\overline{\lambda\xi}$ p;
p. 356, 7 καί (pr.)] 'ἑστωσ' καί m. 1 W (h. e. ἑστῶσαν ex lin. 6 repeti coeptum, sed deletum), ἑστῶ̊ καί p.

hoc quoque dignum est, quod commemoretur, scripturam II p. 170, 24 a W[1] ex alio codice enotatam etiam in p eodem modo in mg. exstare. cfr. p. 220, 16.

sane constat, p plurimis locis, ne de correctis erroribus dicam, qui ex permutatis uocalibus η et ι, ο et ω orti sunt, meliores scripturas exhibere (II p. 172, 2, 18; 174, 22; 188, 10; 190, 15, 18; 192, 15; 194, 20, 26; 196, 17; 198, 8, 13; 208, 13, 14; 210, 22; 218, 17; 220, 18?; 240, 12, 13, 27; 246, 2; 248, 2, 23; 254, 5, 8; 260, 4, 21; 262, 20, 22, 27; 264, 24; 268, 13; 274, 5; 276, 17; 280, 19; 282, 20; 284, 17, 19; 286, 19; 290, 18; 294, 7; 298, 8, 10; 300, 20; 302, 13; 304, 13, 16; 306, 3, 9; 310, 14, 15; 312, 1, 2; 316, 23; 326, 16; 330, 7; 332, 21; 336, 19; 348, 5, 9; 352, 2, 15; 358, 8, 20; 360, 7). sed harum omnium emendationum nulla est, quae facultatem librarii uerborum rerumque uel mediocriter periti excedat. quare cum librarius codicis p in Apollonio uel emendando uel interpolando et peritiam suam et audaciam ostenderit, ut infra certis documentis arguemus, non dubito haec omnia coniecturae eius tribuere. et hoc aliis rebus confirmatur. nam primum p interdum falsam scripturam codicis W habet postea demum a manu prima correctam (II p. 184, 27; 214, 12; 316, 16; 348, 14; cfr. p. 234, 22;

272, 6; 352, 24). est etiam, ubi errorem subesse perspexerit, sed lacunam reliquerit, quia in eo emendando parum sibi confideret (II p. 244, 10, 13; 248, 6, 9; 322, 13; cfr. p. 182, 25); II p. 296, 6 ei adcidit, ut pro uera scriptura *ἡμέραν*, quam non intellexit, *ἡμε* sequente lacuna poneret. locis non paucis interpolatio manifesta est, cum aut errrores recte deprehensos male corrigit (II p. 200, 25; 202, 21; 242, 5; 270, 7, 10; 296, 24; 302, 13; 304, 1, 8; 306, 7; 308, 26; 326, 13; 338, 14; 342, 15; 352, 5) aut scripturam bonam suo arbitrio mutat (II p. 168, 12; 176, 24; 236, 3; 294, 23; 310, 2; cfr. quod II p. 274, 3 *γεναμένην* in *γενομένην* corrigit, et quod in uerbo *εὑρίσκω* semper formas sine augmento praefert, u. II p. 292, 19; 294, 8, 23; 330, 12; 332, 12). II p. 194, 26; 260, 1; 274, 5 cum manu recenti codicis W conspirat.

adparatus Ex his omnibus sequitur, in Eutocio edendo codicem W solum auctorem habendum esse. itaque eius discrepantias omnes in adparatu critico dedi. sed cum p tot coniecturas probas habeat, eius quoque scripturam plenam recepi, nisi quod de formis *ἐστί* et *ἐστίν* nihil adnotaui; ex ceteris codicibus pauca tantum de Uvw notaui, reliquos prorsus neglexi.

Iam de genere codicis W uideamus. commentaria
Uat. 204 Eutocii in eo excerpta esse e codice Conicorum, ubi in margine adscripta erant, sicut ab initio ab Eutocio ordinatum fuerat, infra exponam; margines huius codicis laceros fuisse, sub finem maxime, ostendunt lacunae plurimae ab ipso librario significatae.

praeterea eum litteris uncialibus scriptum fuisse, adparet ex erroribus, quales sunt II p. 174, 23 ΠΛΕΟΝ

pro ΠΑCΩΝ, p. 202, 21 ΗΝΕΥΘΥCΑΝ pro ΗΝΕΥΟΥCΑ, p. 274, 5 ΚΑΙΑΜΕΤΡΟΝ pro ΔΙΑΜΕΤΡΟΝ. compendiis eum repletum fuisse, colligimus ex his locis:

II p. 186, 7 *μέσων*] *σημείων* W permutatis $\overset{\sigma}{\mu}$ et $\overset{\mu}{\sigma}$;
p. 194, 4 *ΒΑ*] *βάσις* W ($\overline{\beta\alpha}$ et $\overset{\sigma}{\beta\alpha}$);
p. 254, 23 *μᾶλλον*] *ἔστω* W permutatis (*μα*) λλ' et μ;
p. 306, 14 *ἀπό*] *αἰ* W non intellecto compendio Α';
cfr. p. 248, 23;
p. 324, 15 *ἴσον*] *ἐν* W male intellecto compendio ϥ;
p. 350, 12 *δῆλον*] *δή* W; fuit $\overset{\lambda}{\delta\eta}$;
p. 352, 5 *τὸ ὑπό*] *τοῦ* W; fuit *το* y'.

menda quauis fere pagina obuia, quae e permutatis uocalibus *ι* et *η*, *ο* et *ω*, *ει* et *η*, *αι* et *ε* orta sunt, et in litteris figurarum, ubi saepissime permutantur Θ—Є—Ο—C, Γ—Π—Τ, Α—Δ—Λ, Ν—Η—Μ—Κ, Π—Η, Ξ—Ζ, fortasse ipsi librario codicis W tribuenda sunt.

De editionibus Eutocii breuis esse possum.

Commandinus codice Urbin. 73 usus est, nec dubito, quin eius sint emendationes margini illius a manu 2 adscriptae; u. II p. 168, 20 *ὀρθήν*] Urbin., mg. m. 2 „for. *γωνίαν πλευρᾶς*"; haec uocabula addidit Commandinus fol. 4ᵘ; II p. 170, 18 *γραμμῶν*] Urbin., mg. m. 2 „for. *τομῶν*"; sectionum Commandinus fol. 4ᵘ; II p. 306, 2 *A, B*] $\overline{\alpha\beta}$ $\overline{\alpha\beta}$ Urbin., mg. m. 2 $\overline{\alpha\beta}$ $\overline{\gamma\delta}$; *ab, cd* Commandinus fol. 54ᵘ; cfr. II p. 180, 13; 256, 11. Commandinus

Halleius, qui adhuc solus Eutocium Graece edidit, Halley codice usus est Barocciano Bibliothecae Bodleianae (praef. p. 2). is ubi hodie lateat, nescio; sed eum ex Urbin. 73 descriptum fuisse, constat his locis collatis:

II p. 174, 23 ἐπὶ πασῶν] ἐπὶ πλέον Urbin., mg. m. 2 „for. ἐπὶ πάντων“, et sic Halleius uitio non intellecto;

II p. 202, 23 μένον] Urbin., mg. m. 2 „for. hic addenda sunt ut inferius πρὸς τῆς κορυφῆς τῆς ἐπιφανείας“; μένον πρὸς τῇ κορυφῇ τῆς ἐπιφανείας Halley;

II p. 274, 10 νδ′] Urbin., νγ′ m. 2; et ita Command., Halley;

II p. 288, 3 νδ′ καὶ νε′] Urbin., νγ′ m. 2, Comm., Halley;

II p. 288, 4 νϛ′ καὶ νζ′ καὶ νη′] Urbin., νδ′ m. 2, Comm., Halley;

II p. 288, 5 νθ′] Urbin., νε′ m. 2, Comm., Halley;

II p. 288, 6 ξ′] Urbin., νϛ′ m. 2, Comm., Halley;

II p. 326, 13 $H\Theta$ καὶ] ἡ $\overline{\vartheta\varkappa}$ Urbin., ΘH m. 2, Halley.

Scribebam Hauniae mense Septembri MDCCCXCII.

I. L. Heiberg.

PROLEGOMENA.

Cap. I.

De codicibus Conicorum.

Codices Conicorum mihi innotuerunt hi

1) Cod. Uatican. Gr. 206, de quo u. I p. IV.

2) Cod. Uatican. Gr. 203, bombyc. saec. XIII (cfr. I p. V); continet fol. 1—44 Theodosii sphaerica, de habitationibus, de diebus et noctibus, Autolyci de sphaera mota, de ortu et occasu, Hypsiclis anaphor., Aristarchi de distantiis, fol. 44—55 Eutocii commentarium in conica, omnia manu neglegenti et celeri scripta; deinde manu eleganti et adcurata fol. 56—84 Apollonii Conic. I—IV, fol. 84—90 Sereni de sectione cylindri, fol. 90—98 Sereni de sectione coni; huius operis uersus ultimi tres eadem manu scripti sunt, qua prior pars codicis.

3) Cod. Uatican. 205, chartac. saec. XVI, elegantissime scriptus et magnifice ornatus; continet p. 1—75 Apollonii Conic. I—II (p. 76 uacat), p. 77—141 libb. III—IV (p. 142 uacat), p. 143—168 (a manu uetustiore numerantur 1—26) Sereni de sectione cylindri, p. 169—207 (27—65) Sereni de sectione coni; p. 207 (65) legitur: hoc opus ad huius bibliothecae Palatinae usum ego Ioannes Honorius a Mallia oppido Hydruntinae Dioecesis ortus librorum Graecorum instaurator sic exscribebam anno dñi MDXXXVI Paulo III pont. max.

4) Cod. Uatic. Gr. 1575, chartac. saec. XVI, manu eiusdem Ioannis Hydruntini scriptus; continet fol. 1—131 Apollonii Conic. I—IV, deinde post folium uacuum noua paginarum serie fol. 1—51 Eutocii commentarium.

5) Cod. Cnopolitanus, u. I p. V; continet fol. 1—55r Theonis comment. in Ptolemaeum, fol. 55u—180 Pappi comment. in Ptolem. libb. V—VI, fol. 181—258 Procli hypotyposes, fol. 259—281 Ioannis Alexandrini de astrolabio, fol. 283—347 Gemini introductionem, fol. 349—516 Apollonii Conic. I—IV, fol. 517—549

Sereni de sectione cylindri, fol. 549—588 Sereni de sectione coni in fine mutilum (des. in *πασῶν* p. 76, 15 ed. Halley).

6) Cod. Marcianus Uenet. 518, membran. saec. XV; continet Aeliani hist. animal., Eunapii uitas sophist., deinde fol. 101—149 Apollonii Conic. I—IV, fol. 150—160 Sereni de sectione cylindri, fol. 160—173 Sereni de sectione coni.

7) Cod. Ambrosianus A 101 sup., bombyc. saec. XIV?; continet fol. 1—4 Elem. lib. XIV, fol. 4—5 Elem. lib. XV, fol. 6—7 Marini introduct. in Data, fol. 7—25 Data, fol. 25ᵘ fragmentum apud Hultschium Hero p. 249, 18—252, 22; fol. 26—34 Euclidis optic. recensionem uulgatam, fol. 34ᵘ Damiani optica, fol. 35ᵘ—39 Euclidis catoptrica, fol. 40—86 Apollonii Conic. I—IV, fol. 86—109 Sereni opuscula (fol. 110 uacat), fol. 111—138 Theodosii sphaerica, fol. 138—142 Autolyci de sphaera mota cum scholiis, fol. 142ᵘ—154 Euclidis Phaenomena, fol. 154—158 Theodosii de habitat., fol. 158—174 Theodosii de diebus, fol. 174—179 Aristarchi de distantiis, fol. 180—188 Autolyci de ortu, fol. 188—189 Hypsiclis anaphor., fol. 190—226 Theonis ad *προχείρους καν.* Ptolemaei.

8) Cod. Mutinensis II D 4, chartac. saec. XV; continet Eutocii commentarium, Apollonii Conic. I—IV, Georgii Gemisti de iis quibus Aristoteles a Platone differt.

In primo folio legitur: *Γεωργίου τοῦ Βάλλα ἐστὶ τὸ βιβλίον* et postea additum *Τοῦ λαμπροτάτου κράντορος Ἀλβέρτου Πίου τὸ βιβλίον.* Parisiis fuit a. 1796—1815.

9) Cod. Taurinensis B I 14, olim C III 25, chartac. saec. XVI; continet fol. 1—106 Apollonii Conic. I—IV, deinde Sereni opuscula et Chemicorum collectionem.

10) Cod. Scorialensis Χ—I—7, chartac. saec. XVI; continet Apollonii Conic. I—IV, Sereni opuscula, Theodosii sphaerica.

11) Cod. Parisinus Gr. 2342; u. I p. V*); continet Euclidis Elementa (ab initio mutila), Data cum Marino, Optica, Damiani Optica, Euclidis Catoptrica (des. fol. 118ʳ, ubi legitur in mg. inf. *μετὰ τὰ κατοπτρικὰ ἐν ἄλλοις βιβλίοις τὰ κωνικὰ τοῦ Ἀπολλωνίου καὶ Σερίνου κωνικὰ καὶ κυλινδρικά*), Theodosii sphaerica, Autolyci de sphaera mota, Euclidis Phaenomena, Theodosii de habitationibus, de diebus, Aristarchi de distantiis, Autolyci de ortu, Hypsiclis Anaphor., deinde fol. 155ᵘ—187

*) Errore ibi hunc codicem saeculo XIII tribui; est sine ullo dubio saeculi XIV.

Apollonii Conic. I—IV cum commentario Eutocii in mg. adscripto, fol. 187—200 Sereni de sectione coni, de sectione cylindri (in fine mutilum). fuit Mazarinaeus.

12) Cod. Paris. Gr. 2354, chartac. saec. XVI; continet fol. 1—125 Apollonii Conic. I—IV, deinde Syriani comment. in Metaphysica Aristotelis et de prouidentia. fuit Memmianus.

13) Cod. Paris. Gr. 2355, chartac. saec. XVI; continet Apollonii Conic. I—IV. fuit Colbertinus. fol. 43ʳ legitur: *εἰκάδι ἐλαφηβολιῶνος ἔγραφε Ναγκήλιος ἐν τοῖς Παρισίοις ἔτει τῷ ‚αφνη΄.* fol. 71—73ʳ alia manu scripta sunt.

14) Cod. Paris. Gr. 2356, chartac. saec. XVI; continet Apollonii Conic. I—IV. fuit Thuanaeus, deinde Colbertinus.

15) Cod. Paris. Gr. 2357, chartac. saec. XVI; continet fol. 1—87 Apollonii Conic. I—IV, fol. 88—121 Eutocii commentar., fol. 122—170 Sereni opuscula. fuit Mediceus. scriptus manu Ioannis Hydruntini.

16) Cod. Paris. supplem. Gr. 451, chartac. saec. XV; continet fol. 3—45 Theodosii sphaerica, fol. 46—52 Autolyci de sphaera mota (fol. 53 uacat), fol. 54—209 Apollonii Conic. I—IV (fol. 210—213 uacant), fol. 214—246 Eutocii commentar. fol. 1 legitur: Mauritii Brescii ex dono illustris viri Philippi Ptolomaei equitis S. Stephani Senensis. Senis 1. Decemb. 1589.

17) Cod. Uindobonensis suppl. Gr. 9 (63 Kollar), chartac. saec. XVII; continet Apollonii Conic. I—IV, Sereni de sectione cylindri, de sectione coni, Euclidis Catoptrica, problema de duabus mediis proportionalibus, Euclidis Optica, Data, Aristarchi de distantiis, Hypsiclis Anaphor. fuit I. Bullialdi.

18) Cod. Monacensis Gr. 76, chartac. saec. XVI; continet fol. 1—93 Asclepii comment. in Nicomachum, fol. 94—220 Philoponi comment. in Nicomachum, fol. 220—276 Nicomachi Arithmetic., deinde alia manu fol. 277—293 Apollonii Conic. I—IV, fol. 394—418 Sereni de sectione cylindri, fol. 419—453 de sectione coni.

19) Cod. Monac. Gr. 576, chartac. saec. XVI—XVII; continet fol. 1—83 Apollonii Conic. I—IV, fol. 84—100 Sereni de sectione cylindri, fol. 100—124 de sectione coni. „ex bibliotheca civitatis Schweinfurt".

20) Cod. Norimbergensis cent. V app. 6, membranac. saec. XV; continet fol. 1—108 Apollonii Conic. I—IV, fol. 109—128 Sereni de sectione cylindri, fol. 128—156 de sectione coni. fuit Ioannis Regiomontani.

21) Cod. Guelferbytanus Gudianus Gr. 12, chartac. saec. XVI; continet Apollonii Conic. I—IV. fuit Matthaei Macigni.

22) Cod. Berolinensis Meermannianus Gr. 1545, chartac. saec. XVII; continet fol. 1—118r Apollonii Conic. I—IV (fol. 118v—120 uacant), fol. 121—144 Sereni de sectione cylindri, fol. 145—178 de sectione coni.

23) Cod. Bodleianus Canonicianus Gr. 106, chartac. saec. XV; continet Apollonii Conic. I—IV.

24) Cod. Upsalensis 48, chartac. saec. XVI; continet Sereni opuscula, Apollonii Conic. I—IV (omissis demonstrationibus). fuit Conradi Dasypodii.

25) Cod. Upsalensis 50, chartac. saec. XVI; continet Marini introductionem ad Data, Apollonii Conic. I—IV, Sereni de sectione coni, de sectione cylindri. scriptus manu Sebastiani Miegii amici Dasypodii.

Cod. Paris. Gr. 2471, chartac. saec. XVI, Mazarinaeus, qui in catalogo impresso bibliothecae Parisiensis commemoratur, nunc non exstat.*) codicem Paris. supplem. Gr. 869 chartac. saec. XVIII, qui a fol. 114 „notas in Apollonium Pergaeum" continet, non uidi. cod. Barberin. II, 58 chartac. saec. XVI in fol. 64—68 continet Conic. III, 1—6 et partem propositionis 7. de cod. Magliabecchiano XI, 7 (chartac. saec. XVI) nihil notaui; continet Conic. I—IV. cod. Magliabecch. XI, 26 saec. XVI praeter Philoponum in Nicomachum figuras aliquot continet e codd. Graecis Eutocii et Apollonii excerptas. cod. Ambrosianus A 230 inf. interpretationem Latinam Apollonii et Eutocii continet, de quo in pag. 1 haec leguntur: Conica Apollonii studio Federici Commandini latinitate donata et commentariis aucta ipsamet quae typis mandata sunt multis in locis in margine manu ipsius Commandini notata Illustrissimo Federico Cardinali amplissimo Borromaeo grati animi ergo in suam Ambrosianam bibliothecam reponenda, quo etiam carissimum affinem perennet, Mutius Oddus Urbinas consecrat. denique cod. Upsal. 56 interpretationem latinam continet Conicorum „Londini Gothorum a Nicolao Schenmark a die XXIX Iulii ad diem XIII Sept. 1762 spatio XL dierum" ad editionem Halleii factam (habet praeter Conic. I—VII etiam octaui restitutionem Halleianam).

*) Quo peruenerit codex a Constantino Palaeocappa Parisiis descriptus (Omont, Catalogue des mss. gr. copiés par Palæocappa, Paris 1886, p. 6), nescio.

codicum illorum XXV contuli totos codd. 1, 5, 11, ceteros ipse inspexi praeter codd. 6, 9, 21, de quibus quae cognoui beneuolentiae uirorum doctorum debeo, qui bibliothecis Marcianae, Taurinensi, Guelferbytanae praepositi sunt. iam de cognatione horum codicum uideamus.

primum cod. 2 a V pendere, certissimo documento adparet Uat. 203
ex figura II, 32 p. 248; ibi enim in hyperbola AB in cod. 2 ante A adpositum est N, quod hic nullum habet locum; neque enim omnino eo loco figurae littera opus est, neque, si maxime opus esset, N esse debuit, sed M. origo huius erroris statim e V manifesta est; ibi enim figura illa ita in mg. descripta est, ut in uerba Apollonii transeat et terminus superior hyperbolae AB ante litteram ν in τῶν p. 248, 10 fortuito cadat; unde littera N in figuram irrepsit. quamquam iam hoc sufficit ad demonstrandum, quod uolumus, alia quoque documenta adferam. nam I p. 8, 5 pro πρός hab. πρὸς ἡ cod. 2 (ἡ postea deletum), quod e fortuita illa lineola codicis V, de qua u. adn. crit., ortum est. I p. 376, 6: $A\Xi Z$] corr. ex $A\Xi\Theta$, ita ut Θ non prorsus deleta sit, V; $A\Xi\Theta Z$ cod. 2. I p. 390, 6: $H\Xi$] corr. ex $H\Gamma$ littera ξ ad Γ adiuncta V, $H\Gamma\Xi$ cod. 2. et omnino etiam apertissimi errores codicis V fere omnes in cod. 2 reperiuntur, uelut dittographia I p. 214, 5. aliquid tamen ad recensionem utile inde peti posse, explicaui I p. V.

cum in cod. 3 eadem prorsus ratio sit figurae II, 32 atque Uat. 205
in cod. 2, is quoque a V pendet; et eum ex ipso V, non e cod. 2, descriptum esse, hi maxime loci ostendunt:

notam I p. 267 adn. e V adlatam etiam cod. 3 habet, in cod. 2 contra omissa est et figurae suo loco repositae.

I p. 448, 17: $\Theta\Delta$] $\Delta\vartheta$ V, Δ seq. lac. 1 litt. cod. 2, $\Delta\Delta$ cod. 3. itaque librarium cod. 3 ratio figurae in V in eundem errorem induxit. ceterum Ioannes Hydruntinus, qui et hunc cod. et cod. 4 et 15 scripsit, ab a. 1535 ad a. 1550 munus „instauratoris" librorum Graecorum apud papam obtinuit, ut adparet ex iis, quae de salario ei numerato collegit Müntz La Bibliothèque du Vatican au XVIe siècle p. 101—104. itaque cum cod. V pessime habitus sit (I p. IV), ne usu periret, eum pro suo munere descripsisse putandus est. et hoc est „apographum" illud, quod in notis in V mg. manu recenti adscriptis citatur, uelut I p. 2, 15 διὰ τὸ πρὸς εὔπλῳ κτλ. ἐξ ἀπογράφου εἰκονικοῦ (h. e. adcurati, fidelis); nam ita cod. 3 (ἔκπλῳ rectius cod. 2); cfr. praeterea in Sereno (ed. Halley):

p. 14, 34: ZM] ΘM V, M euan.; „ἡ ΘN in apographo" mg. m. rec.; ΘM cod. 2, ΘN cod. 3;

p. 64, 40: ἡ ZE τῆς EΘ] V, cod. 2; „ἡ EZ τῆς EΘ sic in apographo" mg. m. rec. V, ἡ EZ τῆς EΘ cod. 3;

p. 71, 6: ὅτι] τι V, „ἔτι in apographo. puto igitur ὅτι $\overset{\tau}{M}$" mg. m. rec.; ὅτι cod. 2 (ο in ras. m. 1), ἔτι cod. 3;

p. 83, 9: ὃ προέκειτο] cod. 2; κειτο post lacunam V, „puto deesse ὃ προ" mg. m. rec.; προέκειτο post lacunam cod. 3. adparet, correctorem ita scripturum non fuisse, si cod. 2 inspexisset; nam per uocabulum „puto" suam significat coniecturam, uelut p. 75, 48: ὁ κέντρῳ] ᾧ κέντρῳ V, mg. m. rec. „$\overset{\tau}{M}$ ⳼ puto ο κέντρῳ sic infra [h. e. p. 76, 3] in repetitione".

his notis, quas manus recens partim Graece partim Latine in mg. codicis V adscripsit, saepius, ut uidimus, praemittitur $\overset{\tau}{M}$, h. e. monogramma Matthaei Devarii (u. Nolhac La bibliothèque de F. Orsini p. 161), qui ab a. 1541 in bibliotheca Uaticana „emendator librorum Graecorum" fuit (u. Müntz l. c. p. 99). ei igitur tribuendum, quicquid manu recenti in V adscriptum est.

Uat. 1575 etiam cod. 4 ex ipso V descriptus est; nam et littera N in figura II, 32 addita a V pendere arguitur, et eum neque e cod. 2 neque e cod. 3 descriptum esse ostendunt scripturae I p. 376, 6: ΔΞZ] ΔΞΘZ cod 4, ΔΞZ cod. 3 et corr. ex ΔΞΘ V; ΔΞΘZ cod. 2; I p. 310, 13: KZ] corr. ex KH V, KHZ cod. 2, KZ cod. 4. nec aliter exspectandum erat, quippe qui a Ioanne Hydruntino scriptus sit sicut cod. 3. ceterum cod. 4 cum bibliotheca Columnensi in Uaticanam peruenit.

Paris. 2357 cod. 15 ab eodem Ioanne Hydruntino scriptus et ipse e V descriptus est. nam quamquam hic N in figura II, 32 omissum est, tamen in erroribus omnibus cum V ita conspirat, ut de eorum necessitudine dubitari nequeat; et hoc per se uerisimile erat propter Ioannem Hydruntinum librarium. eum a codd. 2, 3, 4 originem non ducere ostendit uel ipsa omissio litterae N, confirmant alia, uelut quod titulus libelli περὶ κυλίνδρου τομῆς hic est: Σερήνου περὶ κυλίνδρου τομῆς; ita enim V, cod. 3 uero: Σερήνου Ἀντινσέως φιλοσόφου περὶ κυλίνδρου τομῆς, e subscriptione codicis V petita; cod. 4 Serenum non habet. nec a cod. 2 pendet; nam I p. 4, 27 recte κρίνειν habet, non κρύπτειν ut cod. 2.

hic codex quoniam Mediceus est, a. 1550 a Petro Strozzi in Galliam cum ceteris codd. Nicolai Ridolfi Cardinalis adlatus est. ibi statim ex eo descriptus est cod. 14. is enim Paris. 2356
fol. 135ʳ (ad finem Conicorum) et fol. 137 haec habet: „perlectum Aureliae 15 Martii 1551", scripta*) manu Petri Montaurei mathematici Aurelianensis (u. Cuissard L'étude du Grec à Orléans p. 111), qui sine dubio eo ipso anno codicem suum in usum describi iussit et descriptum perlegit emendauitque, ut solebat. cod. 14 e cod. 15 descriptum esse ex his locis colligo: I p. 6, 15: τε] om. codd. 14, 15 soli (praeter cod. 13, de quo mox dicam), I p. 218, 5: τούτου] τούτων cod. 14 (et 13), quia τουʳ cod. 15 (ita etiam praeter V codd. 2, 3, 4, sed inde cod. 14 descriptus esse non potest, quoniam in fig. II, 32 N non habet).

Montaureus plurimis locis in mg. et emendationes et adnotationes suas addidit, quarum speciminis causa nonnullas adferam:

1) ad I def. 6 mg. περὶ τῶν ἀντικειμένων ἐν τῷ ιϛʹ τοῦ αʹ περὶ τῆς ἐλλείψεως ἐν τῷ μεʹ τοῦ βʹ πρὸς τῷ τέλει.

2) I, 5 p. 20, 1 mg. λείπει· ἐστὶ τῷ ὑπὸ τῶν KZH· ἀλλὰ τὸ ὑπὸ τῶν EZΔ τουτέστι τὸ ὑπὸ τῶν ΔZ, ZE ἴσον. deinde deleta: ἡ γὰρ ὑπὸ HΘK κτλ.

3) I, 22 p. 76, 8 post Γ, Δ inseruit mg. μὴ συμπίπτουσα τῇ διαμέτρῳ ἐντός.

4) I, 33 p. 98, 25 post καταχθῇ mg. εὐθεῖα.

5) I, 39 p. 120, 9 post καί mg. ἐκ τοῦ ὃν ἔχει.

6) I, 41 p. 128, 9 post ΔH mg. τὸ ἄρα ἀπὸ ΔE εἶδος τὸ ὅμοιον τῷ AZ.

7) I, 45 p. 138, 2 post ΓΔ mg. ἐπὶ τὴν δευτέραν διάμετρον.

8) I, 45 p. 136, 17: ὑπ' αὐτῶν δι' οὗ ἀποτέμνει τριγώνον ἡ κατηγμένη πρὸς τῷ κέντρῳ ἐπὶ μὲν τῆς ὑπερβολῆς μεῖζον cod. 14, Montaureus deletis δι' et ἐπὶ μὲν τῆς ὑπερβολῆς post αὐτῶν mg. inseruit τρίγωνον ἐπὶ μὲν τῆς ὑπερβολῆς.

9) I, 54 p. 168, 29 mg. addit τέτμηται ἄρα ἐπιπέδῳ ὀρθῷ πρὸς τὸ ZHΘ τρίγωνον καὶ ποιεῖ τομὴν τὸν HΠΘP κύκλον; p. 170, 3 post ὑποκειμένῳ mg. add. τέμνοντι τὴν βάσιν τοῦ κώνου.

10) I, 55 p. 172, 22 mg. λείπει· καὶ δυνήσονται τὰ παρὰ τὴν AN παρακείμενα ὀρθογώνια.

11) I, 56 p. 180, 5—6: BE πρὸς EZ ἡ BK πρὸς KΘ cod. 14,

*) Teste Henrico Omont, uiro harum rerum peritissimo.

mg. m. 1: καὶ τοῦ τῆς ΑΕ πρὸς ΕΖ ἀλλ' ὡς μὲν ἡ ΒΕ πρὸς ΕΖ, Montaureus deletis ἡ ΒΚ πρὸς ΚΘ mg. add. ἡ ΒΚ πρὸς ΚΘ τουτέστιν ἡ ΖΛ πρὸς ΛΘ.

12) Ad II, 13 mg. „παράδοξον Proclus in fine li. 2 commentariorum in 1. Euclidis".

13) II, 16 p. 220, 20—22: τὸ μὲν ὑπὸ ΚΛΘ τῷ ὑπὸ (ἀπὸ m. 2) ΘΜΗ ἐστιν ἴσον καὶ ἡ ΛΘ τῇ ΚΜ cod. 14, mg. m. 2: λείπει· ΑΓ τὸ δὲ ὑπὸ ΘΜΗ τῷ ἀπὸ ΓΒ ὥστε τὸ ὑπὸ τῶν ΚΛΘ ἴσον ἔσται τῷ ὑπὸ τῶν ΘΜΚ καὶ ἡ ΛΘ τῇ ΚΜ ἴση deletis uerbis ΘΜΗ ἐστιν ἴσον.

Paris. 2355 Hae correctiones notaeque Montaurei omnes fere in cod. 13 receptae sunt, unde adparet, eum e cod. 14 descriptum esse. et concordant temporum rationes. nam cod. 13 Petri Rami fuit — nomen eius in prima pagina legitur —, qui ipse Petrum Montaureum magistrum suum in mathematicis praedicat et inter mathematicos Graecos, ad quorum studium se adcingebat, Apollonium nominat (Waddington Ramus p. 108). de eo Nancelius, scriptor librarius codicis 13, in epistula I, 61 (p. 211 ed. Paris. 1603) ad Scaligerum haec narrat: „ipsi illi multa Graeca exemplaria mea manu perdius ac pernox exscripsi, quorum ille sibi copiam Roma e Vaticano et ex bibliotheca regia et Medicaea per reginam regum nostrorum matrem fieri sedulo satagebat et per alios utique viros φιλομαθεῖς". in mg. a Nancelio saepius „exemplar reginae" citatur, uelut I p. 6, 27 τῆς γραμμῆς] τῆς καμπύλης γραμμῆς cod. 13, mg. hoc vocabulum non est in exemplari reginae, p. 8, 13 post ἑτέρᾳ supra scr. m. 1 διαμέτρῳ cod. 13, mg. hoc vocabulum in exemplari reginae non reperitur, p. 8, 23 κορυφῆς del. m. 1 cod. 13, mg. hoc uerbum est in exemplari reginae. sine dubio „exemplar reginae" est ipse cod. 15; nam codices Petri Strozzi ad Catharinam de Medicis reginam post mortem eius peruenerunt. ex eodem codice illas quoque scripturas petiuit Nancelius, quas addito uocabulo „alias" in mg. adfert, uelut I p. 10, 1 καὶ ἔστω] om. cod. 13, mg. alias adduntur καὶ ἔστω, p. 220, 21 ὥστε τὸ ὑπὸ ΚΛΘ ἴσον ἔσται τῷ ὑπὸ τῶν ΘΜΚ καὶ ἡ ΛΘ τῇ ΚΜ ἴση ΘΜΚ ἐστιν ἴσον καὶ ἡ ΛΘ τῇ ΚΜ cod. 13 cum Montaureo (u. supra), quem non intellexit; mg. alias ita legitur ὥστε καὶ τὸ ὑπὸ ΚΛΘ τῷ ὑπὸ ΘΜΚ ἐστιν ἴσον καὶ ἡ ΛΘ τῇ ΚΜ.

Marc. 518 Ex ipso V praeterea descriptus est cod. 6; nam in fig. II, 32 habet Ν et in praefatione libri primi lacunas tres habet (p. 2, 15

ἐκ — om., οὐ διακα — om., p. 2, 16 ὡς ἔσχατον om.) propter litteras in V detritas, quae in antiquioribus apographis eius seruatae sunt. in cod. 6 propter litteras paululum deformatas in V pro κρίνειν p. 4, 27 scriptum est κρίπτειν. eundem errorem habent codd. 17, 18, 22, qui ea re a cod. 6 pendere arguuntur. praeterea cod. 22 et p. 2, 15—16 easdem lacunas Berol. 1515
habet et uerba p. 8, 12 ὧν — 13 ἑτέρᾳ cum cod. 6 solo bis scripsit. et cum sit Meermannianus, per complurium manus e bibliotheca profectus est Guillelmi Pellicier, qui omnes fere codices suos Uenetiis describendos curauerat. etiam cod. 17 Uindob. suppl. 9
easdem lacunas illas habet, sed expletas a manu recenti, quae eadem κρίπτειν in κρίνειν correxit et alias coniecturas adscripsit, uelut p. 4, 10 παράδοξα] mg. παντοῖα, p. 4, 12 καὶ κάλλιστα] mg. καλὰ καί, p. 4, 21 συμβάλλουσι] mut. in συμβάλλει, mg. καὶ ἀντικείμεναι ἀντικειμέναις κατὰ πόσα σημεῖα συμβάλλουσι; sine dubio ipsius Bullialdi est. hunc codicem Uenetiis scriptum esse, docet, quod problema illud de duabus mediis proportionalibus e Marc. 301 sumpsit. Sereni libellus de sectione coni falso inscribitur Σερήνου Ἀντινσέως φιλοσόφου περὶ κώνου τομῆς β', quia in cod. 6, ubi inscriptio est περὶ κυλίνδρου τομῆς β', supra κυλίνδρου scriptum est κώνου numero β' recte deleto, quod non animaduertit librarius codicis 17. cod. 18 lacunas habet postea expletas; uersus Monac. 76
finem libelli de sectione cylindri habet: „ἐνταῦθα δοκεῖ ἐκλείπειν καὶ μὴ ἀκολουθεῖν τὸ ἑπόμενον. sic videtur aliquid deesse", quae uerba hic in cod. 6 adscripsit Bessarion (ἐλλείπειν pro ἐκλείπειν, hic videtur aliquid deficere; Latina etiam cod. 22 hoc loco habet prorsus ut Bessarion); in fine libelli de sectione coni addidit in cod. 6 Bessarion: οὐχ εὕρηται πλέον; eadem eodem loco habent codd. 18 et 22.

praeterea e cod. 6 descriptus est cod. 10; nam et lacunas Scorial. X–I–7
p. 2, 15—16 habet et post Serenum notas Bessarionis (ἐνταῦθα δοκεῖ ἐλλείποι καὶ μὴ ἀκολουθεῖν τὸ ἑπόμενον, οὐχ εὕρηται πλέον). et Diegi de Mendoza fuit (Graux Fonds Grec d'Escurial p. 268), quem constat bibliothecam suam apographis Marcianis impleuisse.

pergamus in propagine codicis V enumeranda. cod. 16, Paris. suppl. gr. 451
cum p. 2, 15 πρὸς ἔκπλῳ et οὐ διακα-, p. 2, 17 ἔσχατον ἐπεποστea in spatio uacuo inserta habeat, necesse est e V, in quo litterae illae euanuerunt, originem ducere siue ipso siue per apographum. de cod. 6 intermedio cogitari non potest, quia

in eo priore loco non πρὸς ἔκπλῳ, sed ἔκ- tantum omissum est, tertio non ἔσχατον ἐπε-, sed ὡς ἔσχατον. p. 2, 15 post lacunam alteram in cod. 16 legitur θάρανες (corr. m. 2) et p. 4, 25 post δέ additur περί. iam cum eaedem scripturae in cod. 20 inueniantur, inter V et codd. 16, 20 unum saltim apographum intercedit; neque enim alter ex altero descriptus esse potest, quia cod. 20 p. 2, 15 ἔκ- solum omittit et p. 2, 17 pro ἔσχατον ἐπελευσόμενοι habet ἔδια τὸν ἐτελευσόμενοι; praeterea in cod. 16 opuscula Sereni inscriptione carent, in cod. 20 uero inscribuntur σερήνη περὶ κυλίνδρου τομῆς et σερήνου ἀντινσέως φιλοσόφου περὶ κυλίνδρου τομῆς. hinc simul adparet,

Norimb. cent. V app. 6 cod. 20 e cod. 6 descriptum non esse, quod exspectaueris, quia Regiomontani fuit; ibi enim libelli illi inscribuntur σερήνου ἀντινσέως φιλοσόφου περὶ κυλίνδρου τομῆς $\overline{\alpha}^{ov}$ et σερήνου ἀντινσέως φιλοσόφου περὶ κυλίνδρου (κώνου Bessarion) τομῆς $\overline{\beta}^{ov}$ (del. Bessarion); in V prior libellus inscribitur σερήνου περὶ κυλίνδρου τομῆς, alter inscriptionem non habet, sed in fine prioris legitur σερήνου ἀντισσέως φιλοσόφου περὶ κυλίνδρου τομῆς: —, quam subscriptionem in titulum alterius operis mutauit manus recens addito in fine τὸ $\overline{\beta}$ et ante eam inserto τέλος τοῦ $\overline{\alpha}$. cum cod. 20 arta necessitudine coniunctum esse

Taur. B I 14 cod. 9, inde adparet, quod p. 2, 17 ἔδια τὸν ἐτελουσόμενοι praebet (p. 2, 15 ἔκ- et οὐ διακα- in lacuna om.), sed cum p. 4, 25 περί non habeat, neuter ex altero descriptus est; praeterea p. 4, 13 pro συνείδομεν cod. 9 συνοί habet.

nihil igitur relinquitur, nisi ut putemus, codd. 9, 16, 20 ex eodem apographo codicis V descriptos esse, in quo a principio omissa essent p. 2, 15 πρὸς ἔκπλῳ et οὐ διακα-, p. 2, 17 ἔσχατον ἐπε- et p. 4, 25 in mg. adscriptum περί, postea p. 2, 15 πρὸς πλω et p. 2, 17 errore legendi ἔδια τὸν ἐτε- suppleta, fortasse ex ipso V.

Monac. 576 Upsal. 48 apographa codicis 20 sunt codd. 19 et 24, ut hae scripturae ostendunt: p. 2, 4 ἔχοι] ἔχει 19, 20, 24; p. 2, 8 εὐαρεστήσωμεν] εὐαρεστήσομεν 19, 20, 24; p. 2, 15 οὐ διακαθάραντες] θάρανες 19, 20, 24; p. 2, 17 ἔσχατον ἐπελευσόμενοι] ἔδια (α ita scriptum, ut litterae ω simile fiat) τὸν ἐτελευσόμενοι 20, ἔδιω τὸν ἐτελευσόμενοι 19, 24; p. 4, 6 ἄξονας] ἄξωνας 19, 20, 24; p. 4, 25 δέ] δὲ περί 19, 20, 24. neutrum enim ex altero descriptum esse, hi loci demonstrant: p. 4, 5 τάς] τούς compendio 19, 20, τάς corr. ex τοῦ uel τῶν 24; p. 4, 9 καλῶ] 19, καλῶ seq. ras. 1 litt. 20, καλῶς 24; p. 4, 11 τε] 19, 20,

δέ 24; p. 4, 13 συνείδομεν] 24, συνείδαμεν 19, 20; p. 4, 16 ἄνευ] 24 et litteris ε, υ ligatis 20, ἄνα 19; p. 6, 7 ὅθεν] 19, 20, ὅταν 24; p. 6, 26 εὐθεία] 19, om. in extremo uersu 20, sed addidit mg. m. 1, εὐθεία mg. 24.

denique ex ipso V descriptus esse uidetur cod. Uindobon. suppl. gr. 36 (64 Kollar), chartac. saec. XV, qui priores tantum duos libros Conicorum continet (fuit comitis Hohendorf); neque enim in fig. II, 32 *N* litteram habet, et a V eum pendere ostendunt scripturae p. 2, 15 εὔπλῳ, p. 226, 6 τό] om. Uindob. et in extremo uersu V. lacunas p. 2 non habet, p. 2, 12 ὂν δέ pro ὄν. ceterum nihil de eo mihi innotuit.

restant eiusdem classis codd. 8, 12, 21, 23, quos omnes e codice 2 originem ducere ostendit error communis κρύπτειν p. 4, 27; ita enim propter litteras in V, ut dixi, deformatas Mutin. II D 4
pro κρίνειν cod. 2 (corr. m. rec.). lacunas p. 2 non habent. utrum omnes ex ipso cod. 2 descripti sint an alius ex alio, Paris. 2351
pro certo adfirmare non possum; cfr. p. 2, 4 ἔχοι] 2, 8, 12, 23, Gud. gr. 12 Canon. 106
ἔχει 21; p. 2, 12 ὄν] ὂν δέ 2, 8, 12, 21, 23; ἐσχόλαζε] 2, 8, 12, ἐσχόλαζεν 21, 23; p. 2, 19 συμμεμιχότων] 2, 8, 12, 21, συμμεμιλότων 23; p. 2, 20 καὶ τό] 2, 8, 12, 21, καί 23; p. 4, 1 πέπτωκεν] 8, 12, 23, πέπτωκε 2, 21; p. 4, 4 καί] 2, 12, om. 8, 21, 23; ἐξειργασμένα] 2, 8, 12, 21, ἐξηργασμένα 23; p. 4, 9 εἰδήσεις] 2, 8, 12, 23, εἰδήσις 21; p. 4, 17 σύνθεσιν] 2, 8, 12, 23, θέσιν 21; p. 4, 21 κατά] 2, 8, 12, om. 21, 23; p. 6, 14 τοῦ] 2, 8, 23, τοῦ κέντρου τοῦ 12; p. 8, 10 ἑκάστην] ἑκάστ' in extremo uersu 2, ἑκάστη 8, 12, 23; p. 8, 18 συζυγεῖς] 2, 8, 23, συζυγεῖς δέ 12; p. 8, 19 διάμετροι] 2, 12, 23, διάμετρι 8; p. 8, 21 α'] om. 8, $\overline{\alpha}^{ov}$ 23, θεώρημα $\overline{\alpha}^{ov}$ 12; p. 10, 9 ἐστί] 2, 8, 23, ἐστίν 12. itaque codd. 8, 12, 23 apographa ipsius cod. 2 uideri possunt, cod. 21 autem fortasse ex cod. 23 pendet. cod. 21 quoniam Matthaei Macigni fuit, sine dubio idem est, quem Tomasinus Bibliotheca Patauina manuscripta p. 115 inter codices Nicolai Triuisani enumerat, cui Macignus mathematicus Uenetus bibliothecam suam legauerat (u. Tomasinus p. 115[2]).

codd. denique 7 et 25 e cod. 11 descriptos esse, uel Ambros. A 101 sup.
inde adparet, quod hi soli libellum Sereni de sectione coni Upsal. 50
ante alterum eius opus collocant. cfr. praeterea p. 2, 8 εὐαρεστήσωμεν] 11 supra scripto εὐρω, εὐρωστήσωμεν 7, εὐαρεστήσωμεν (supra scripto ευρω) 25; p. 2, 12 παραγενηθείς] παραγενόμενος 7, 11, 25; p. 2, 15 ἔκπλῳ] ἔκπλουν 7, 11, 25.

iam de codicibus, qui soli relicti sunt, 5 et 11 uideamus. Cnopol. c prius e cod. 5 (c) omnes scripturas adferam, quae a V discrepant, melioribus stellula adposita (scholia marginalia non habet):

I p. 2, 15 ἔκπλουν*(?) 19 συμμετεχόντων

p. 4, 1 πεπτωκεν* 6 καί — 7 ἀσυμπτώτους] om. 13 συνείδομεν corr. ex συνείδαμεν 14 Εὐκλείδους e corr. 16 ἄνευ] τὸν ἄνευ 19 καί — 21 συμβάλλουσι] om.

p. 6, 1 πρῶτοι] α̅ 2 Ἐάν] ἄν

p. 8, 5 πρός 6 ὀρθίαν] θεῖαν post lac. 21 α'] hab.

p. 10, 15 β'] om. 16 post κατά del. κο 20 Α] πρῶτον 24 Α] πρῶτον

p. 12, 3 Ζ] corr. ex Η 16 περιφέρειαν* 21 γ' om.

p. 14, 4 ΒΓ] e corr. 13 ἔχον 22 ἔχον 25 συμβαλέτω

p. 16, 4 συμβαλ^λ^έτω 6 τέμνεται τοῦ] semel* 12 καί — 13 ἀλλήλαις] om. 24 ε'] δ' mg.

p. 20, 2 τό] τῷ τό] τῷ 8 ς'] om. 14 συμβαλεῖ* τῷ] τῷ τοῦ

p. 22, 15 post ἐπιφανείᾳ del. συμπιπτέτω κατὰ τὸ Η. λέγω, ὅτι ἴση ἐστὶν ἡ ΔΖ τῇ ΖΗ

p. 22, 21 ἀπὸ τοῦ* 26 ζ'] om.

p. 24, 11 οὐκ αἰεί] οὐ καὶ εἰ 28 ΔΖΕ] corr. ex ΔΕ

p. 26, 22 τό] om.

p. 28, 3 τό] semel* 5 τρίγωνον] om. 11 ΗΖ] ΖΗ

p. 30, 5 προσεκβαλεῖται 28 τῆς*

p. 32, 6 τομῆς* 11 ἐκβάληται 15 ΖΘ] ΖΗ 20 ἀπολαμβάνουσα] om.

p. 34. 1 τὴν βάσιν 15 ΖΗ] ΗΖ 17 δή] om. 19 post τό del. τῶν ΚΜ] supra scr. 20 ΒΓ] Β 21 ὁ] hab.* 24 τῷ] corr. ex τό

p. 36, 2 ἡ ὑπό] corr. ex ὑπό 3 ἐστί] om. 7 σημεῖα ἡ] σημεῖ $\overset{α}{η}$ 11 ΒΓ] ΑΓ 12 τό — 13 τομήν] om. 15 τά 23 μή] hab.* νεύει (fort. scrib. οὐ νεύει)

p. 38, 4 ἄν] om. 6 δυνηθήσεται 15 Α] πρῶτον 22 τοῦ] e corr. 24 πεποιήσθω*

p. 40, 1 παράλληλον — 3 ἐπίπεδον] semel* 6 τῷ] corr. ex τό 7 ΘΖ] ΖΘ 14 ΝΑ 15 ΑΜ] ΜΑ ἡ] hab.* 21 ΖΑ] corr. ex ΑΖ

p. 42, 2 ἦν] ὄν 5 ἐάν] ἄν

p. 44, 2 τέμνουσι] sic* 14 δέ] corr. ex τε 15 ΝΟΞ] ΟΞ

p. 46, 3 καί — 4 ΚΒ] om. 8 ΖΑ] ΑΖ 12 καί — 13 ΣΝΡ] om. 13 ΖΑ] ΑΖ 19 τῷ] τό ΞΝΖ] ΞΚΖ 27 post ὀρθία del. καί

p. 48, 2 ἐάν] ἄν 16 εὐθείαις] γωνίαις

p. 50, 23 τῶν] om.

p. 52, 4 ὁ τοῦ — 5 ΠΜΡ] semel* 15 εἴδει] corr. ex ἤδη 17 ἡ δὲ ΕΘ] om.

p. 54, 2 μή] om. 26 Α (alt.)] Η

p. 56, 8 τέτμηται — 12 τριγώνου] bis 9 τοῦ κώνου] om. priore loco 16 καί — 17 ΕΠ] semel* 29 τό] hab.*

p. 58, 2 τὸ ὑπό — 4 ΒΣΓ] mg. m. 1 23 ἐκβεβλήσθω

p. 60, 9 Ν] om. 21 ΗΞ] ΝΞ 24 ΓΘ] ΓΔ

p. 64, 7 συζυγεῖσα 12 συζυγεῖσα 25 ΒΖ

p. 66, 3 ΝΑ 5 ΝΑΑ 10 ἄρα] ἄρα καί 13 ΞΓΔ 14 συζυγεῖσα 21 ἀντικειμένων

p. 70, 4 ἐπεί — 5 ΕΖ καί] om. 10 τῇ τομῇ] om. 28 ἐντός

p. 72, 4 συμπεσεῖται] corr. ex συμπίπτει 19 τῷ — 21 ΔΖ] om. 24 ἀπό] om.

p. 74, 7 ἥ (pr.)] corr. ex ἡ* 10 μέν] hab.* 13 οὕτως

p. 76, 8 τά] corr. ex τήν

p. 78, 3 διαμέτρων — 4 ΓΔ] bis 4 ante ἑκατέρᾳ del. τῇ (priore loco) 6 ΗΕ] Ε e corr. 10 ἐστι] sic* 11 τῆς] bis 12 μεῖζον] om. 13 ΖΑ] ΖΑ 15 ΖΑ] Α e corr. 26 Ζ] e corr.

p. 80, 16 ΗΚ (pr.)] ΙΘΚ

p. 82, 4 ἀνήχθω] om. 7 post τῆς del. ἀπό

p. 86, 2 τουτέστι — ΔΖ] semel* 21 ΕΖ] ΕΞ

p. 88, 1 ΚΑ] sic* 5 τό] e corr. 9 ΒΗ] ΒΝ 12 ἀπό (pr.)] ὑπό 21 εὐθεῖα] e corr.

p. 90, 2 ΒΖ] Β 10 τῷ] τό

p. 92, 6 ὡς — ΗΕ] om. 11 ΑΓ] sic* 21 τομήν] τομὴν ἡ

p. 94, 2 Ε] in ras. τεταγμένως] seq. ras. 4 τῇ] bis 18 ἐπειδή — 19 πεσεῖται] om. 23. κώνου] τοῦ κώνου

p. 96, 17 ὑπό] corr. ex ἀπό

p. 98, 7 τῷ] sic* 16 ὡς — 17 ΘΑ] om. 26 πρός] e corr.

p. 100, 19 ΑΔ] ΔΕ 20 τετράκις*

p. 102, 2 ἡ] ἥ 23 post ΞΝ del. ἴση ἄρα ἐστι 25 ἡ ΝΞ*

p. 104, 9 *ὑπό* (alt.)] corr. ex *ἀπό*   11 *ὑπό* (pr.)] *ἀπό*   12 *ΗΘ*] ΖΘ, Θ e corr.   *ὡς* — 13 *ΖΗ*] mg. m. 1

p. 108, 22 *συμπίπτῃ*, -ῃ e corr.   *τῇ*] e corr.   27 *τοῦ*] sic*

p. 110, 8 *ΕΓ*] *ΓΕ*   16 *ΖΕ*] $\overset{\beta\ \alpha}{EZ}$ 23 *τό*] *τῷ*

p. 114, 13 *καί* — 15 *ΗΓ*] om.   17 *ΛΜ*] corr. ex *ΗΜ*   24 *τό*] corr. ex *τῷ*   25 *ὡς* — 26 *ΜΗΛ*] om.

p. 116, 1 *πρὸς τό*] *τῷ*   *ἴσον* — 2 *ΗΛ*] om.   14 *τῆς* (alt.)] *τοῦ*   23 *ΗΖ*] *ΖΗ*   26 *ΗΓ*] *ΗΣ*   27 *ΓΖΔ*] *ΓΖΑ*   *ἡ ΔΓ* — 28 *ΖΔ*] om.   28 *ΔΘ*] *ΘΔ*

p. 118, 21 *ὂν* (alt.)] *ἦν*

p. 120, 24 *ΘΗ*] corr. ex *Θ*

p. 122, 7 *καὶ ἐκ* — 8 *πρὸς Κ*] om.   15 *ἐν*] om.   21 *τὴν λοιπήν*] sic*

p. 124, 2 post *εἴδει* del. *ἐπὶ δὲ τῆς ἐλλείψεως*   14 ante *καί* del. *τὸ ἀπὸ τῆς ΔΓ*   23 *ἔχει*] om.

p. 126, 8 *ΑΕ*] corr. ex *ΕΑ*

p. 128, 3 *ΑΖ*] sic*

p. 130, 4 *ΔΖ*] corr. ex *ΔΒ*   7 *τό* (pr.)] *τήν*

p. 132, 10 *τῷ*] sic   20 *ΒΓΑ*] corr. ex *ΒΔΓΑ*

p. 134, 14 *ΖΟ*] *ΖΗ*   16 *Ν* (alt.)] *Η*

p. 136, 10 *τῇ δευτέρᾳ*] semel*

p. 138, 1 *Β*] e corr.   3 *ΗΘΖ*] *ΗΘ*

p. 140, 7 *ΒΖΕ*] Ε e corr.   8 *ΓΔΛ*] *ΓΔ*   11 *ἁφῆς*] *τομῆς*

p. 144, 19 *ΕΔ*] *Δ* e corr.

p. 146, 5 *τό*] om.   20 *τό*] om.

p. 148, 2 *ΚΠΜ*] *ΚΠΒ*   6 *τοῦ*] *τῇ*   12 *ΓΔΛ*] corr. ex *ΔΛ*   13 *ΚΛΝ*] *ΚΛΜ*   14 *ἴσον* — *ΚΛΝ*] del. m. 1   15 *τῷ* — *ΓΔΛ*] om.

p. 150, 6 *ἁφῆς*] corr. ex *τομῆς* m. 1   21 *ΖΕ*] *ΗΞΕ*   *ΕΗ*] *Η*   28 *ΓΚ*] corr. ex *ΚΓ*

p. 152, 2 *ἐστι**   6 *τοῦ*] *τῇ τριγώνῳ*   10 *ΝΡΞΜ*, sed corr.   18 *συναμφότερος*] *συναμ*   24 *ὑπό*] mg. m. 1

p. 156, 3 *ΒΛΗ*] *Λ* e corr.   4 *Κ*] *Η*?   13 *ΛΞΝ*] *ΛΗΞ*   20 *ΑΖ*] *ΑΒ*   22 *ἡ Κ**   26 *Ζ*] *ἑβδόμῳ*

p. 160, 7 *ἀνάλογος*   9 *τετραπλασία* — 11 *ἤ*] om.   21 *δέ*] *δή*   22 *ΚΑ*] e corr.   25 *ΜΝ*] corr. ex *ΜΗ*

p. 162, 11 *τριγώνου*] om.

p. 164, 6 *ἀπό*] *ὑπό*   12 *ΛΚΜ*] $\overset{\beta\ \alpha}{K\Lambda M}$ 25 *δή*] postea ins. m. 1

p. 166, 2 *δύο*] postea ins.   *δοθεισῶν*] e corr.   8 *ἀπό*] *ἐπί*

p. 168, 4 *τὸ Λ*] postea ins.   14 *ΖΞ*] corr. ex *Ξ*   16 *διάμετρος*; deinde del. *κῶνος*

p. 170, 21 *τόν*] bis

p. 172, 2 *δεδο¨μένη*   9 *ΔΖΔ*] $\overset{\beta\ \alpha}{A\Delta Z}$

p. 174, 2*) *μέν*] e corr.   13 *ΓΑ*] *Α* e corr.   15 *πρὸς ΗΔ*] om.   *κοινός*] e corr.   19 *ΓΑ*] *Α* e corr.

p. 176, 27 *ΔΕ*] *ΔΗ*   29 *δή*] *δέ*

p. 178, 2 *τῇ* — 3 *γωνίᾳ*] om.   4 *ΖΒΔ*] *Β* e corr.   13 *ΗΘΝ*] *ΗΘΚ*, *Κ* e corr.   19 *ἡ*] postea ins.   *ἄρα*] postea ins.   20 *ΚΗ*] *ΚΝ*   26 *ΖΘ*] Ζ postea ins.

p. 180, 4 *τὸ δέ* — 5 *ΕΖ*] om.   18 *περί*] sic*   25 *μείζων* — *ΖΗ*] mg. m. 1   26 *ἀπό*] sic*

p. 182, 3 *ΖΔ*] *ΖΑ*   18 *ἔστω*] *ἔστι*

p. 184, 15 *ΗΕ* — 16 *πρός*] om.

p. 186, 5 post *ΒΘ* del. *ὥστε τὰς καταγομένας κατάγεσθαι ἐν γωνίᾳ*   6 *δή*] sic*   20 *αἱ*] lac. 2 litt.

p. 188, 9 *τῷ*] corr. ex *τό*   10 *ἔσται*   18 *δή*] ins. m. 1

p. 190, 2 *ΖΑΗ*] *Α* e corr.

p. 192 *Ἀπολλωνίου κωνικῶν ᾱ*   5 *πέμφα* (πο supra)   6 *σοι*] postea ins.   11 *αὐτῶ*   14 *ἀπολειφθῇ*

p. 194, 7 *ΓΒ*] corr. ex *ΒΓ*   25 *καὶ αἱ* — 26 *παράλληλοι*] om.

p. 196, 2 *ΔΕ*] Ε e corr.   9 post *ΛΚ* ins. *ὡς ἄρα τὸ ἀπὸ ΓΒ πρὸς τὸ ἀπὸ ΒΔ τὸ ὑπὸ ΑΔΒ πρὸς τὸ ἀπὸ ΛΚ*   15 *ΜΚΗ*] *ΜΚ ῆ*

p. 200, 8 *ἐπιζευχθεῖσα**   12 *Η ὑ-*] e corr.   22 *τέμνῃ*] corr. ex *τέμνει*   *ἡ*] *ῆ*

p. 202, 9 *ἡ*] *ῆ*   13 *ῆ*] *η*   18 *ΓΔ*] sic   24 *ΗΕ*] *ΕΗ*

p. 204, 13 *ἀλλ'*

p. 208, 10 *ὑπό*] corr. ex *ὀπό*   17 — mg.   18 *ΘΗΒ*] *ΘΒΗ*

p. 210, 3 *ΖΛΔ*] corr. ex *ΖΔΑ*   6 *ΖΛΔ*] *Λ* e corr.   20 *ΓΛΔ*] corr. ex *ΛΓΔ*

p. 212, 2 *ΒΑ*] corr. ex *ΒΔ*   17 *ἀχθῶσιν*] sic*

p. 214, 5 *ὑπὸ ΑΔΓ*] sic*   15 *μόνον*] bis   16 *ΓΑ*] sic*

p. 216, 3 *Μ*] corr. ex *Β*   5 *καί* (pr.)] om.   15 *δέ*] om.   17 *ἀφέξονται*   19 *ΑΘ*] *ΕΘ*   21 *ΔΗ*] *Η* e corr.

---

*) Ubi in V error a prima manu correctus est, plerumque de c nihil notaui, si cum V correcto concordat.

p. 222, 5 τοῦ] bis 15 ἐάν] ἐὰν ἐν
p. 224, 25 ἡ (alt.)] sic* 27 κατά] sic*
p. 226, 1 δέ] om. 6 τό] postea ins. 9 ἐστιν] sic* 20 καί — ΚΕ] om.
p. 228, 6 ΛΗΘ] corr. ex ΛΘΗ 10 πεποιήσθω] sic* 16 τῆς] om. 22 ΓΧ] ΧΓ 24 τὸ ΗΘΧ] e corr.
p. 230, 11 ΕΧ] ΧΕ 13 ΕΧ] ΧΕ 14 ΗΟ] corr. ex Ο 18 ΗΟ] Η
p. 232, 4 τοῦ] sic* 5 τῇ] τῷ 24 ἄρα] ἄρα ἡ
p. 234, 24 συμπτώσεως, sed corr.
p. 238, 5 ΕΖ] ΕΞ 13 τῆς] om.
p. 240, 2 ἐστιν] corr. ex ἐστη 15 ἐν] om.
p. 242, 10 ἡ] e corr.
p. 246, 17 ΘΚ] ΚΘ 26 ἔστωσαν — p. 248, 2 γωνίας] om.
p. 248, 4 ἀσυμμτώτοις, sed corr. 5 Θ, Η] Η, Θ 16 Β] Β, Γ
p. 250, 10 τις] corr. ex τι 17 τό] sic* 20 ΓΔ — 22 τῇ] om.
p. 252, 6 παράλληλος — 8 τομῆς] bis 14 ἐν] om.
p. 254, 19 Ζ] Η
p. 256, 6 ΧΔ] ΓΔ 9 κέντρου] κέντρου ἀγομένη 16 καὶ τάς — 17 τέμνει] mg. m. 1 19 ΓΖΔ] ΖΔ corr. ex Δ
p. 258, 14 ἐφάπτονται] sic* 24 ἐφάπτωνται, sed corr. m. 1
p. 260, 9 Β] δευτέρας
p. 262, 2 τέμνουσιν 9 ἀλλήλαις
p. 266, 26 ἄρα] δὲ ἄρα παρά] e corr.
p. 268, 13 εὕρηται
p. 272, 2 τά] sic* 10 καί] om. 12 τῷ — 13 ΡΚ] om. 13 ἐστιν ἴσα] om. 17 ἔστι — 18 ΚΜ] bis
p. 274, 13 ἐκτός] ἐντός
p. 276, 10 Γ] corr. ex Α 21 ΑΓ] ΓΑ 22 ΔΒΓ] ΒΔΓ corr. ex ΒΓ ΔΓ 28 ΖΘΕ] corr. ex ΘΕ
p. 278, 14 τῷ] corr. ex τό 23 ἐστίν] om. 26 πεποιείσθω
p. 280, 9 καὶ τῆς] sic*
p. 282, 4 τήν] τοῦ 5 ἦκται] om. 11 ΖΘ] corr. ex ΘΖ 24 ΘΕ] ΘΕΒ
p. 284, 14 ΗΒ] ἡ Β 29 ΒΓ] Β postea ins. m. 1
p. 286, 14 ante γεγονέτω del. καί
p. 288, 9 ΒΓ] Β 15 ἡ δοθεῖσα] om. 20 ΗΘΕ] Ε post lac. 2 litt. 24 ΕΖΗ] Η supra scr. m. 1
p. 290, 1 ἴση] sic* 10 τῆς] om.

p. 292, 20 ΑΖ] sic* 28 ΕΓ — p. 294, 2 ἀπό] om.
p. 294, 8 ΚΜ — 9 ΗΚ πρός] om. 18 τοῦ] τῶν
p. 296, 2 ἡ] om. 8 γωνία] om. 9 καί (pr.)] supra scr. m. 1
p. 298, 28 ΕΤ] ΕΓ
p. 300, 14 ἀπό] corr. ex ὑπό
p. 302, 11 τουτέστι
p. 304, 1 καί — 2 ὀρθίαν] sic*
p. 306, 12 ΖΘΑΓ, sed corr. 18 ΑΒ] sic
p. 308, 4 πεποιήσθω] sic* 10 ΟΝ, ΟΜ] corr. ex ΩΝ ΩΜ 11 ΑΒ] ΑΜ 16 τῆς] τῇ 17 ἔχει] sic* 21 ΤΟ] τὸ ΟΤ
p. 310, 7 ΝΞΜ] Μ e corr. m. 1 16 ΗΖΕ] e corr.
p. 312, 8 ἐστι] corr. ex δι 14 ἐστίν] sic* 16 ΑΓΗ] Α e corr. 22 ΝΠ] ΜΠ ἄρα] ἄρα ἡ 24 ἡ (alt.)] om.
p. 314, 5 τουτέστιν — 6 μείζονα] om. 9 ἔχει] om. 12*) ἔχει] om. 18 ΙΞ] corr. ex ΤΞ
p. 316, 3 ἡ ΤΞ — 4 Α'ς] om. 5 ante ΞΠ del. Η 7 ΜΠΞ] ΜΞΠ 11 τῷ] τῇ ΞΣΠ] ΞΟΠ 13 τουτέστι — 14 ΞΣ (pr.)] ter (alt. et tertio loco ΤΣΖ) 14 ΜΣΠ] ΜΟΠ 19 ἐστιν] bis
p. 318, 1 α'] om. 5 γενόμενα
p. 320, 9 ΔΗΓΕ] Γ e corr. 11 β'] om. (ut deinceps)
p. 322, 4 ΓΑΗΙ] ΓΑΗ
p. 324, 4 τοῦ ΓΖ] e corr.
p. 326, 8 συμπίπτωσι] sic*
p. 328, 13 ΚΜΑ] ΚΑΜ
p. 330, 2 ΦΧΤΑΨ 12 τὸ ΝΕ] sic* 13 ΤΚ] ΓΚ 20 ΞΙ] Ξ τῷ] τό
p. 332, 3 ΞΒΔ] Δ e corr. 4 ΘΖΒ] ΘΒΖ 10 ΔΕΙ] ΔΕ 15 τό] supra scr. 21 ΑΕΖ (pr.)] ΑΗΖ 23 ΚΟ] ΚΗ 29 ΩΧΚΙ] ΩΧΚ
p. 334, 14 προκείσθω
p. 336, 6 ὅτι] corr. ex ὅ m. 1 18 ἐστί] om.
p. 338, 3 λεῖπον corr. in λιπόν m. 1 ἢ] ἡ 4 ἢ] sic* 14 ΒΕ] ΒΖ
p. 340, 10 διοίσει] -οίσ- e corr. 13 τι] supra scr. m. 1 14 Β] δευτέρας 22 ΑΜ] corr. ex ΛΜ m. 1 24 ΘΤ] ΘΟ
p. 342, 5 ἡ] εἰ 9 τῷ] corr. ex τό m. 1 12 ἐπιψαύουσαι] corr. ex ἐπιψαύωσι m. 1 28 τήν] τό

*) τήν ante ςΑ' delendum; omittunt Vc.

p. 344, 12 *πεποιήσθω*] sic* 26 *ΔΒΕ*] *δὲ ΔΒΕ* 28 *ΔΒΕ*] *δὲ ΔΒΕ*

p. 346, 2 *τῷ ΙΘΗ*] sic* 7 post *ΔΒ* del. *Ε* 9 *ἡ Ρ*] *ΗΡ* 10 *καί*] sic* *ΘΓΒ*] *ΘΒΓ* 17 *ἐκ τοῦ*] bis, sed corr. 19 post *ΘΛΖ* una litt. macula obscurata

p. 348, 11 *ἐφαπτέσθω* 20 *ΒΛΓ*] corr. ex *ΒΓΛΓ* 22 *ἐστί*] om. 23 *τῷ*] e corr.

p. 352, 18 *ΙΜΕ*] *ΙΕΜ* 23 *ΖΞ*] *ΞΖ*

p. 354, 1 *πρὸς τὸ ἀπὸ ΒΓ*] *πρός*, sed del. m. 1

p. 356, 4 *ΒΛΓ*] *ΛΓ* e corr. 18 *αἵ*] sic* 23 *ΜΛΞ*] *ΜΛΖ*

p. 358, 1 *ΔΖΤ*] *ΔΖΓ* 9 *τις*] om. 24 *ΒΖΔ*] *ΒΔΖ*

p. 360, 2 *ὑπό*] corr. ex *ἀπό* 16 *ὑπό*] corr. ex *ἀπό*

p. 362, 25 *πλευρά*] *πλευρ͂ᾱ*

p. 364, 4 *ΚΕΛΜ*] *ΕΚΛΜ* 10 *ΗΖ*] *ΗΞ* 24 *συμπίπτωσιν*] sic*

p. 366, 22 *ΤΝΞΣ*] *ὑπὸ ΤΝΞΣ*

p. 368, 9 *τόπῳ*] om. 26 *ἴσον*] corr. ex *πρὸς τόν*

p. 370, 11 *μέν*] om. 20 *ἀπό*] e corr.

p. 372, 8 *ΡΝΜ*] *ΡΥΜ* 9 *τό* (pr.)] sic* 18 *τοῦ* — 19 *ΛΕ*] sic*

p. 374, 6 *ὑπό*] sic*

p. 378, 3 *ΝΖ*] *ΝΞ* 15 ante *τετράγωνον* del. *εἶδος* 28 *ἐστι*] om.

p. 380, 18 post *ΒΔ* aliquid del. (*εἰ*...)

p. 382, 13 Ζ] *Ξ* 14 *ἄρα εἰσί*] om. 19 *ΛΞ*] *ΔΞ*

p. 384, 8 *συμπτώσεως*] *συμπτώσεως καί*

p. 386, 9 *συμπτώσεως*] *πτώσεως*

p. 388, 6 *ΔΜ*] *ΔΝ* 20 *ΓΗΘ*] e corr. 21 *ΓΗ*] *ΓΗΘ* e corr.

p. 390, 4 *ΝΛΚ*] *ΝΚΛ* 6 *ΗΞ*] *ΗΓΞ* 11 *τε*] supra scr.

p. 392, 12 *ΛΜ*] *Λ*

p. 394, 17 *ΜΠ*] corr. ex *ΠΜ*

p. 396, 15 *ἡ* (pr.)] om. 23 *ὑποβολή*

p. 398, 12 *ΑΔ*] corr. ex *Δ* 13 *ΔΟ*] *ΔΗ*

p. 400, 3 *τήν*] *τόν* 20 *καί* — 21 *ΣΗ*] om. 22 *τὸ ΝΓ*] sic*

p. 402, 11 *μέν*] supra scr.

p. 404, 1 *ΛΓ*] e corr. 7 *δέ*] om. 10 *ΛΓΡΞ*

p. 406, 23 *ἡ* (pr.)] om.

p. 408, 12 *ΕΘΣ*] *ΕΘΟ* 15 post *ΘΜ* del. *καὶ ἐναλλάξ*

p. 410, 16 *ἔστωσαν*] e corr. 27 *ἡ* (alt.)] supra scr. m. 1

p. 412, 4 *πρός* (alt.)] sic* 11 *πρός*] bis

p. 414, 17 *ΓΠ*] corr. ex *Π* 20 *ΜΒ*] sic* 21 *ἔσται*] sic* 26 *ὡς δέ*] corr. ex *καὶ ὡς ἄρα*

p. 416, 7 *ἡ ΚΑ* — *ΑΝ*] om.

p. 420, 10 *ἀπὸ τῶν*] sic*

p. 422, 1 *ἴσον* — 2 *ΛΒΝ*] om. 17 *τῷ*] sic* *ΗΔΕ*] corr. ex *ΒΔΕ* 27 *ἐν*] om.

p. 426, 3 *εἰσί*] *εἰσῖ* 6 *ποιοῦσι*] corr. ex *ποιοῦσιν εὐθείας* 9 *ΓΔΖ*] sic* 16 *αὐτῷ*] bis

p. 428, 7 *ἴση*] *ἴση ἐστίν* 14 *πρός*] bis 27 *ὡς* — *ΜΑ*] om.

p. 430, 19 *κάθετος*] bis

p. 432, 1 *ΗΘΒ*] *Η* e corr.

p. 434, 10 *ἐστίν* 18 *ὁ*] *ἡ*

p. 436, 8 *ἐλλείψει*] corr. ex *ἐλλείψεως* *τόν*] corr. ex *τήν* 22 *ἴση ἄρα* — 23 *ἴση*] bis 23 *ἴση*] sic altero loco, priore *ἐστιν ἴση*

p. 438, 11 *ἤχθωσαν* 21 *ΖΒ* — 25 *τῆς* (pr.)] om. 26 *ΓΕ*] *ΕΓ*

p. 440, 25 *Η, Ζ*] corr. ex *ΖΗ*

p. 442, 15 *τὸ δέ* — 16 *ΛΘΚ*] om. 23 *μέσον*

p. 446, 4 *ΑΚ*] corr. ex *Κ* 5 *δι'*] e corr. 7 *ὁ*] om. 24 *λόγον ἕξει*] sic*

p. 448, 5 *ΑΕΖΗ*] *ΑΕΝΖ* 14 *ὑπό*] sic* 17 *ΘΔ*] *ΛΔ* 20 *ΘΔ*] *ΘΛ* 22 *πρός*] sic*

p. 450 in fine, sed ita, ut pro titulo libri IV haberi possit, *Ἀπολλωνίου Περγαίου κωνικῶν γ̄ ἐκδόσεως Εὐτοκίου Ἀσκαλωνίτου εὐτυχῶς.*

Uat. 206 Summa igitur huius disputationis ea est, uerba Apollonii ad V solum restituenda esse; quem codicem potius saeculo XII quam XIII tribuerim ob genus scripturae magnae et inaequalis, quae codicibus membranaceis saeculi XII multo similior est quam bombycinis saeculo XIII usitatis. sed quamquam non uetustissimus est, codicem uetustissimum, fortasse saeculi VII, litteris uncialibus scriptum et compendiis repletum repraesentare putandus est, ut testantur hi errores: I p. 186, 20 διορθιαι pro αἱ ὀρθίαι confusis Λ et Δ, I p. 368, 1 τοῦ pro τὸ ὑπό propter compendium Υ' = ὑπό, I p. 304, 16 propter idem compendium $\overline{\upsilon\zeta\lambda\vartheta}$ pro ὑπὸ ΖΛΘ, I p. 136, 17 ΔΓ' pro τρίγωνον propter comp. Δ', I p. 368, 11 ὅλον pro ὁ λόγον propter compendium $\lambda^{o\nu}$.

Cap. II.

Quo modo nobis tradita sint Conica.

Ex praefatione ipsius Apollonii ad librum I discimus, Conica ante Eutocium eum totum opus Conicorum a principio Alexandriae, sine dubio scholarum causa, composuisse et deinde cum mathematicis quibusdam, qui scholis eius interfuisse uidentur, e schedis suis communicasse. cum ita diuulgari coeptum esset, opere festinantius paullo ad finem perducto non contentus editionem nouam in meliorem ordinem redactam instituit, cuius libros primos tres ad Eudemum Pergamenum misit, reliquos quinque ad Attalum (fortasse Attalum primum regem Pergami), u. II p. 2, 3. itaque statim ab initio inter Conicorum exemplaria, quae ferebantur, discrepantia quaedam suberat, sicut queritur ipse Apollonius I p. 2, 21, et fieri potest, ut hinc petitae sint demonstrationes illae alterae, quas Eutocius in suis codicibus inuenit (cfr. Eutocius II p. 176, 17 sq.). sed sicut Eutocio concedi potest, quaedam fortasse ex editionibus prioribus seruata esse, ita dubitari nequit, quin editio recognita inualuerit, nec ueri simile est, editiones priores usque ad saeculum VI exstitisse; praefationes enim singulorum librorum, quae, ut per se intellegitur, editionis emendatae propriae erant, Eutocius in omnibus codicibus inuenisse uidetur, quoniam de solo libro tertio commemorat (II p. 314, 4 sq.), nullam ibi praefationem exstare sicut in ceteris.*) sed hoc quidem ei credendum, codices Conicorum, quos habuerit, haud leuiter inter se in demonstrationibus discrepasse, siue haec discrepantia ex editionibus prioribus irrepsit siue, quod ueri similius est, magistris debetur, qui libro Apollonii in docendo utebantur, quo modo in codicibus reliquorum mathematicorum ortae sunt demonstrationes alterae.

ex his codicibus Eutocius suam librorum I—IV editionem editio Eutocii concinnauit; de cuius ratione quoniam egi Neue Jahrbücher für Philologie Supplem. XI p. 360 sq., nunc hoc tantum addo, editionem eius ita comparatam fuisse uideri, ut in media pa-

---

*) Utrum praefatio libri tertii interciderit, an Apollonius omnino nullam praemiserit, dubium est; equidem non uideo, cur Eudemo hunc librum sine epistula mittere non potuerit, cum nomen eius duobus prioribus praefixum esset.

gina uerba Apollonii, in marginibus sua commentaria (praeter praefationes, quas sine dubio singulis uoluminibus praefixit) collocaret. hoc ex uerbis *ἔξωθεν ἐν τοῖς συντεταγμένοις σχολίοις* II p. 176, 20 concludi posse uidetur. praeterea ita facillime explicantur lacunae II p. 290, 8; 292, 1, 14; 306, 8; 308, 14; 310, 6; 338, 15; 340, 15; 342, 20 et transpositio II p. 264.

ex tota ratione editionis Eutocianae adparet, eum in demonstrationibus eligendis uel reiiciendis solo iudicio suo confisum esse. sed cum summa fide demonstrationes repudiatas in commentariis seruauerit (cfr. II p. 296, 6; 336, 6), de iudicio eius etiam nunc nobis licet iudicare. iam in reiiciendis demonstrationibus, quas II p. 296 sq., p. 326, 17, p. 328, 12, p. 336 sq. adfert, iudicium eius omnino sequendum; nam quas habet p. 296 sq., nihil sunt nisi superflui conatus corollarii Apolloniani I p. 218, 4 demonstrandi, propositiones p. 326, 17 et p. 328, 12 re uera, ut Eutocius obseruauit, casus sunt praecedentium, quos post illas demonstrare nihil adtinet; de demonstrationibus denique p. 336 sq. adlatis idem fere dicendum. ubi ex pluribus demonstrationibus unam elegit, res difficilior est diiudicatu. uno saltim loco errauit; nam cum in I, 50 p. 152, 6 usurpetur aequatio $\triangle\ HB\Gamma = \Gamma\Delta E$, quae nunc nusquam in praecedentibus demonstrata est, in altera autem demonstratione ab Eutocio ad I, 43 adlata p. 256 demonstratur — uerba ipsa *ἴσον* — $B\Gamma\Lambda$ II p. 256, 9 fortasse subditiua esse, hic parum refert —, hinc concludendum est, quamquam dubitat Zeuthen Die Lehre von den Kegelschnitten im Alterthum p. 94 not., illam demonstrationem genuinam esse, nostram iniuria ab Eutocio receptam; idem fit II, 20 p. 228, 23. in ceteris nullam certam uideo causam, cur ab iudicio Eutocii discedamus; sed rursus nemo praestare potest, eum semper manum Apollonii restituisse.

lemmata Pappi

Sed quamquam in uniuersum editione Eutociana stare necesse est, tamen lemmatis Pappi adiuti de forma Conicorum aliquanto antiquiore nonnulla statuere licet. quod ut recta ratione fiat, ante omnia tenendum est, hoc esse genus ac naturam lemmatum et illorum et ceterorum omnium, uelut ipsius Eutocii, ut propositiones quasdam minores suppleant et demonstrent, quibus sine demonstratione usus sit scriptor ipse, sicut factum uidemus his locis:

Pappi lemma	ab Apollonio usurpatur
I, 4	I, 5 p. 20, 7
I, 5	I, 34 p. 104, 2 sq.
I, 10 p. 930, 19	I, 49 p. 148, 5
I, 10 p. 930, 21	I, 50 p. 152, 14
II, 3—4	II, 23 p. 234, 16
III, 1	III, 8 p. 330, 22
III, 3	III, 16 p. 348, 23; 17 p. 352, 6 cet.
III, 4	III, 22 p. 364, 17; 25 p. 374, 14 al.
III, 5 p. 946, 23	III, 24 p. 372, 17; 25 p. 374, 15, 19; 26 p. 376, 2
III, 7	III, 29 p. 384, 25
III, 13	III, 56 p. 450, 9.

interpolationes post Pappum

ubi uero lemma Pappi in uerbis ipsis Apollonii demonstratur, concludendum, hanc demonstrationem post Pappum interpolatam esse. qua de causa delendum I, 37 p. 110, 12 *συνθέντι* — 18 $Z\Delta$; nam per Pappi lemma I, 6 p. 926, 7 ex $AZ = ZB$ et $AE : EB = A\Delta : \Delta B$ statim sequitur $EZ \times Z\Delta = BZ^2$. praeterea ex iisdem aequationibus per idem lemma p. 926, 8 (in ellipsi p. 926, 7—8) concluditur $AE \times EB = ZE \times E\Delta$; quare ex toto loco I p. 110, 19 *καὶ ἐπεί* — p. 112, 10 *ἔσται* nihil scripserat Apollonius praeter haec: *καὶ τὸ ὑπὸ* ΔEZ *τῷ ὑπὸ* AEB. item delenda I, 41 p. 126, 11 *ἰσογώνια* — 13 EZ, quae significationem habeant lemmatis Pappi I, 8. eadem ratione quoniam per lemma I, 7 in I, 39 ex $ZE \times E\Delta : \Gamma E^2 =$ diam. transuersa: diam. rectam statim sequitur, quod quaeritur, pro p. 118, 23 *ἔστω* — p. 120, 7 *πρὸς* $E\Gamma$ scripserat Apollonius: *ἐπεί ἐστιν, ὡς τὸ ὑπὸ* $ZE\Delta$ *πρὸς τὸ ἀπὸ* ΓE, *ἡ πλαγία πρὸς τὴν ὀρθίαν, ὁ δὲ τοῦ ὑπὸ* $ZE\Delta$ *πρὸς τὸ ἀπὸ* ΓE *λόγος σύγκειται ἔκ τε τοῦ τῆς* ZE *πρὸς* ΓE *καὶ τοῦ τῆς* $E\Delta$ *πρὸς* ΓE uel simile aliquid. in I, 54 per lemma I, 11 concluditur $AN \times NB : NZ^2 = ZO^2 : \Theta O \times OH$; itaque delenda p. 170, 16 *τὸ δέ* — 22 *πρὸς* $O\Theta$.

in II, 20 ex proportione $XK : KE = H\Lambda : \Lambda\Theta$, quoniam parallelae sunt $H\Lambda$, $\Lambda\Theta$ et KX, KE, per lemma II, 2 statim concluditur, parallelas esse EX, $H\Theta$; interpolata igitur uerba I p. 228, 1 *καὶ περί* — 8 *ἴση*.

in II, 50 delenda p. 292, 2 *ἐπεί* — 5 *καί*, quia ex hypothesi per lemma II, 5 sequitur $XA : AZ > \Theta K : HK$. ibidem p. 292, 18 *καὶ ἐάν* — 22 *τρίγωνα* delenda propter lemma II, 6. ibidem lemma II, 7 hanc formam breuiorem uerborum p. 292, 27 *ἔστιν ἄρα* — p. 294, 10 *γωνίαι* significat: *καὶ ὡς τὸ ὑπὸ ΧΕΔ πρὸς τὸ ἀπὸ ΕΓ, τὸ ὑπὸ ΜΚΘ πρὸς τὸ ἀπὸ ΚΗ· ὅμοιον ἄρα τὸ ΗΘΚ τρίγωνον τῷ ΓΔΕ*; hoc enim ex lemm. II, 7 sequitur, et ita lemm. II, 7—8 cum additamento*) p. 940, 4—5 usurpantur I p. 300, 19; 304, 17, ubi iniuria Pappi lemma IX citaui, sicut me monuit Zeuthen.

uerba II, 52 p. 306, 21 *οὐκ ἄρα* — 22 *ΖΕΚ*, quae p. 307 not. iam alia de causa damnaui, subditiua esse arguuntur etiam per lemma Pappi II, 12, quod ueram causam indicat, cur non sit $BE^2 : E\Gamma^2 = EK^2 : KZ^2$.

propter lemma III, 5 p. 946, 20—22 in III, 24 delenda et p. 370, 24 *τῷ ὑπὸ ΛΘΖ τουτέστι* et p. 372, 8 *τουτέστι* — 11 *ΚΞΘ*, quippe quae demonstrationem post lemma inutilem praebeant.

eadem de causa in III, 27 uerba p. 380, 7 *καὶ ἐπεί* — 15 *ΒΕ* propter lemma III, 6 superuacua sunt et ut interpolata damnanda.

per lemmata III, 8, 9, 10 quattuor interpolationes prorsus inter se similes arguuntur, in III, 30 p. 388, 6 *ἡ ἄρα* — 7 *ΔΖ* propter lemm. III, 8, in III, 31 p. 390, 11 *ἡ ἄρα* — 13 *τὸ Ε*, III, 33 p. 394, 19 *εὐθεῖα ἄρα* — 20 *Θ* propter lemm. III, 9, in III, 32 p. 392, 10 *δίχα* — 12 *ΔΖ* propter III, 10.

denique per lemma III, 12 p. 952, 3—5 ex $KZ \times Z\Lambda = \Lambda Z^2$ concluditur (nam $\Lambda Z = ZB$) $\Lambda K \times KB = K\Lambda \times KZ$ siue $BK : KZ = \Lambda K : K\Lambda$; itaque delenda III, 42 uerba interposita p. 418, 18 *ὡς ἡ ΚΖ* — p. 420, 2 *διελόντι*. et demonstratio propositionis III, 42 omnino mutata esse uidetur; suspicor enim, lemmata Pappi III, 11—12, quae Halleius I p. 201 ad III, 35—40 referre uidetur, huc pertinuisse, quamquam, ut nunc est, neque hic neque alibi in nostro Apollonio locum habent.

nam hoc quoque statuendum, si lemmatis Pappi nunc locus non sit, eum aliam formam demonstrationum ob oculos habuisse. uelut lemma I, 9, quod Zeuthenius ad demonstrandum $\triangle\ HB\Delta = \Gamma\Delta E$ I, 50 p. 152, 6 usurpatum esse putat, neque in de-

*) Quod minime cum Hultschio interpolatori tribuendum; potius delenda p. 942, 1—4, quae mire post propositiones conuersas adduntur et idem contendunt, quod p. 940, 4—5 suo loco dicitur.

monstratione recepta neque in ea, quam seruauit Eutocius, continuo inseri potest. lemma II, 9—10 auctore Zeuthenio in analysi ampliore propositionis II, 51 locum habere potuit, ut nunc est, non habet; et re uera analyses ampliores olim exstitisse, eo confirmatur, quod eodem auctore lemma II, 13, cuius nunc usus nullus est, in analysi propositionis II, 53 utile esse potuit. praeterea suspicor, lemma II, 11 in analysi propositionis II, 50 olim usurpatum fuisse; nunc inutile est, sed per propositionem conuersam in II, 50 demonstratur $\angle\ \Gamma\Delta E = ZH\Theta$; quare I p. 296, 17 *ὡς ἡ* — 20 *ἔστι δὲ καί* delenda sunt, et pro p. 296, 23 *καὶ δι' ἴσου* — p. 298, 1 *ἀνάλογον* fuisse uidetur *ὅμοιον ἄρα τὸ ΓΔΧ τρίγωνον τῷ ΖΗΚ*; ita enim hoc lemma conuersum usurpatur II, 53 p. 316, 15 et similiter membro intermedio omisso II, 52 p. 310, 14. denique lemmata II, 1 et III, 2 nunc usui non sunt; de illo ne suspicari quidem possumus, cuius propositionis causa propositum sit, hoc uero et in III, 13 et in III, 15 forma demonstrationis paullum mutata utile esse potuit.

haec habui, quae de usu lemmatum Pappianorum ad pristinam formam Conicorum restituendam dicerem, pauca sane et imperfecta; neque uero dubito, quin alii hac uia progressi multa haud improbabilia inuenire possint; mihi satis est rem digito monstrasse.

cetera, quae Pappus ex Conicis citat, pauca sunt et aut neglegenter transscripta, ut p. 922, 19 *καὶ ἐφ' ἑκάτερα ἐκβληθῇ* (ita codex A, sed p. 922, 27 *προσεκβεβλήσθω*) = Apoll. I p. 6, 4 *ἐφ' ἑκάτερα προσεκβληθῇ* (fortasse Pappus pro *ἐπιζευχθεῖσα* p. 6, 4 habuit *ἐπιζευχθῇ*), aut incerti momenti, uelut quas p. 674, 22—676, 18, ubi praefationem libri I p. 4, 1—26 citat, scripturas habet discrepantes:*) Apoll. I p. 4, 2 *τῶν ἀντικειμένων*] *τὰς ἀντικειμένας* Pappus (ita cod. A), p. 4, 4 *καί*] om., *ἐξειργασμένα*] *ἐξητασμένα*, p. 4, 6 *τομῶν*] *τομῶν καὶ τῶν ἀντικειμένων*, 10 *παράδοξα θεωρήματα*] *παντοῖα*, 12 *πλεῖστα*] *πλείονα*, *κάλλιστα*] *καλά*, 13 *ξένα, ἃ καί*] *καὶ ξένα*, *συνείδομεν*] *εὕρομεν*, 15 *τὸ τυχόν*] *τι*, 16 *προσευρημένων ἡμῖν*] *προειρημένων*, 19 *συμβάλλουσι*] *συμπίπτουσι*, *ἄλλα*] om., 21 *ἤ*] om., *συμβάλλουσι*] *συμβάλλει καὶ ἀντικείμεναι ἀντικειμέναις κατὰ πόσα σημεῖα συμ-*

*) Errores apertos codicis Pappi p. 676, 1, 4 omisi. memorabile est, iam Pappum pro *καί* p. 4, 9 cum nostris codd. *ἤ* habere.

βάλλουσι, 22 ἔστι] δ', 23 πλέον] πλεῖον, 24 κώνου] om., περί] om., 25 προβλημάτων κωνικῶν] κωνικῶν προβλημάτων. harum omnium scripturarum nulla per se melior est nostra, multae sine dubio deteriores siue Pappi siue librariorum culpa; nam quae sola speciem quandam ueritatis prae se fert scriptura p. 4, 21, ea propter IV praef. II p. 2, 9 sq. dubia est. scripturae ἐξειργασμένα p. 4, 4, τομῶν 6, παράδοξα θεωρήματα 10 ab Eutocio II p. 168, 16; 178, 2; 178, 16 confirmantur.

Quas supra e Pappo ostendimus interpolationes, eas iam Eutocium in suis codicibus habuisse puto; nam si defuissent, sine dubio lacunas demonstrationum sensisset notasque addidisset, sicut etiam alibi eadem fere lemmata addidit ac Pappus (Pappi lemma I, 4 = Eutoc. II p. 208, 15; I, 5 = II p. 248, 23 sq.; I, 10 = II p. 270, 19; II, 2 = II p. 302, 9; III, 7 = II p. 340, 12; praeterea Eutocius II p. 190—198 eadem fere de cono scaleno exposuit, quae Pappus habet p. 918, 22—922, 16), quem nouerat (ad Archim. III p. 84; cfr. ad Apollon. II p. 354, 7 [τὸ δ' βιβλίον] οὐδὲ σχολίων δεῖται; Pappus ad librum IV lemmata nulla praebet).

interpolationes aliae

sed multa alia menda sunt, quae ad Apollonium referri uix possunt. de IV, 57 p. 94, 12 sq. taceo, quia hunc errorem (cfr. II p. 95 not. 4) fortasse Apollonius ipse committere potuit; sed u. interpolationes apertiores, quas ex ipso demonstrationis tenore uel ex orationis forma notaui, I p. 18, 27; 126, 15; 156, 16 (cfr. p. 157 not.); 162, 27 sq. (cfr. p. 163 not.); 280, 11 (glossema ad lin. 12); 300, 21; 346, 1; 384, 23; 414, 27;*) 416, 10;*) 442, 11; 446, 16; II p. 6, 14;**) 30, 11 (cfr. p. 31 not. 1); 60, 5 (u. not. crit.); 88, 19 (cfr. p. 89 not.), et aliquanto incertiores I p. 92, 12; 162, 1 (cfr. p. 163 not.); 168, 24; II p. 80, 4; 90, 4. errores grauiores, qui neque Apollonio neque librariis imputari possunt, sed manum emendatricem, ut ipsi uidebatur, hominis indocti sapiunt, notati sunt II p. 18, 10 sq. (cfr. p. 19 not.); 34, 15 sq. (cfr. p. 35 not.); 62, 19 sq. (cfr. p. 63 not.); p. 64 (cfr. p. 65 not.) et rursus eodem modo (id quod uoluntatem ostendit interpolandi) p. 74 (cfr. p. 75 not.).

---

*) Uerba διπλασία γὰρ ἑκατέρα ideo subditiua existimanda sunt, quod haec propositio (Eucl. V, 15) antea saepe, uelut I p. 382, 17, tacite usurpata est; priore loco praeterea propter ordinem litterarum dicendum erat ἡμίσεια γὰρ ἑκατέρα.

**) Interpolator similitudinem propositionis IV, 9 p. 16, 16 iniuria secutus est.

praeter hos locos, quos iam in editione ipsa indicaui, nunc hos addo, in quibus interpolationes deprehendisse mihi uideor:

I, 32 p. 96, 23 ἢ κύκλου περιφέρεια delenda; nam de circulo haec propositio iam ab Euclide demonstrata est, et si Apollonius eum quoque respicere uoluisset, p. 94, 21 dixisset κώνου τομῆς ἢ κύκλου περιφερείας, sicut fecit II, 7, 28, 29, 30; III, 1, 2, 3, 16, 17, 37, 54; IV, 1, 9, 24, 25, 35, 36, 37, 38, 39, 40; nam inter coni sectiones circulumque semper distinguit, ut etiam ex I, 49—50 intellegitur, ubi in protasi κώνου τομή habet et deinde in demonstratione parabolam, hyperbolam, ellipsim enumerat, circuli mentionem non facit; cfr. I, 51 κώνου τομή de parabola hyperbolaque, tum in I, 53 post propositionem auxiliariam I, 52 de ellipsi, ita ut protasis I, 51 quodam modo propositionum 51 et 53 communis sit.

II, 38 demonstratio indirecta nimis neglegenter exposita est; deest conclusio: et idem de omni alia recta demonstrari potest praeter EX; ergo EX diametrus est.

III, 18 p. 354, 19 ἐπεί — 21 ἡ ΔZ subditiua existimo, quia lin. 19 dicitur ὑπερβολή, cum tamen apertissime usurpetur I, 48 de oppositis.

IV, 52 non intellego, cur de $A\Delta$ in K in duas partes aequales diuisa mentio fiat p. 84, 3; nam quod sequitur, non inde concluditur, sed ex natura diametri secundae. itaque deleo p. 84, 3 τεμεῖ — 4 καί.

figurarum discrepantia

difficilis est quaestio de figuris diuersis. saepissime enim adcidit, ut constructiones auxiliariae ab Apollonio propositae litterarumque ordo ab eo indicatus cum una sola figurarum consentiat, ad ceteras uero adcommodari non possit nisi nonnullis uel uerbis uel litteris figurae mutatis, uelut in I, 2 p. 10, 28 καὶ ἐκβεβλήσθωσαν, p. 12, 4 ἐκβεβλήσθω, p. 12, 15 ἐκβεβλήσθω cum figura tertia, in I, 4 p. 16, 3 ἐκβεβλήσθω cum secunda, in I, 6 p. 22, 1 ἐκβεβλήσθω cum tertia non consentit; I, 34 p. 102, 15 $E\Gamma Z$ in circulo $EZ\Gamma$ esse debuit*), ἐκβεβλήσθωσαν

---

*) Omnino ueri simile est, ordinem mirum litterarum, quem saepe corrigendum putaui, quia cum figura codicis non consentiret, eo explicari posse, quod Apollonius aliam dederat. dubitari etiam potest, an Apollonius ipse non semper ordinem naturalem obseruauerit; nam plurimis locis, ubi recta a puncto aliquo uel per punctum ducta esse dicitur, in denominanda recta littera illa, quae punctum significat, primo loco ponitur

p. 102, 18 in ellipsi circuloque uerum non est; I, 45 demonstratio ad hyperbolam solam adcommodata est (*διάμετρος ἡ ΑΘ* p. 136, 25; *ΓΜΛ* p. 136, 26); *ἐκβεβλήσθω* p. 136, 28 soli figurae quartae aptum est; etiam in I, 50 hyperbolam solam respexit (p. 150, 13 *κείσθω τῇ ΕΓ ἴση ἡ ΓΚ*, 22 *ἐκβεβλήσθω*, 25 *ΛΡΝ*, 27 *ΓΣΟ*); II, 47 p. 270, 18 *καὶ διήχθω ἡ ΚΔ ἐπὶ τὸ Β* de hyperbola dici non potest, *ΚΒΔ* uero neque cum his uerbis neque cum ellipsi conciliari potest; quare fortasse *ΚΔΒ* scribendum; III, 3 ordo litterarum in *ΖΘΚΛ*, *ΝΖΙΜ*, *ΗΞΟ*, *ΘΠΡ* p. 322, 19—20 et *ὅλον* p. 324, 7 cum ellipsi circuloque non consentit; in III, 27 *ΝΖΗΘ*, *ΚΖΛΜ* p. 378, 2 in circulo debuit esse *ΖΝΗΘ*, *ΖΚΛΜ*; III, 11 *ΕΘΗ* p. 336, 2, *ΒΖΛ* p. 336, 4 cum figura secunda conciliari non potest; in III, 45 *ΓΕΔ* p. 424, 16, in III, 47 *ἐκβαλλόμεναι* p. 428, 1, in III, 48 *κατὰ κορυφὴν γάρ* p. 430, 15 de sola ellipsi circuloque dici possunt.

iam quaeritur, unde proueniant hae discrepantiae. constat, Apollonium animo uarios casus omnes comprehendisse, et interdum etiam in demonstratione eos significauit, uelut (ne dicam de locis, qualis est I, 22, ubi re uera duas demonstrationes habemus communi expositione coniunctas, et ideo sine dubio etiam duas figuras; cfr. IV, 50, ubi in communi expositione propter figuram p. 80 additum est *ἐκβεβλήσθω* p. 78, 28, quo in priore figura p. 81 opus non est) III, 2 p. 322, 7 *προσκείσθω ἢ ἀφῃρήσθω* duos casus indicant, sed *ΑΕΓ*, *ΒΕΔ* p. 322, 1, *ΗΜΖ* p. 322, 3 in ellipsi circuloque *ΓΑΕ*, *ΔΒΕ*, *ΗΖΜ*, p. 322, 3 *ΗΚΛ* in circulo *ΚΗΛ* esse debuit; etiam illud *διαφέρει* III, 11 (cfr. p. 337 not.) figuras diuersas

---

etiam ordine naturali uiolato (I p. 32, 2; 218, 2; 224, 12; 308, 6; 336, 25; 338, 19; 348, 17; 354, 15; 368, 26; 398, 2; 400, 13, 17; 410, 23; 414, 13; 420, 17; 442, 3, 4; 448, 16; II p. 58, 14). sed obstant loci, quales sunt I p. 32, 1; 444, 20. et omnino ordo litterarum tam saepe necessario corrigendus est (I p. 40, 25; 56, 3, 16; 74, 16; 84, 21; 86, 5; 88, 11; 110, 8; 116, 19; 118, 3; 122, 1; 194, 11; 212, 10; 296, 24; 298, 23; 300, 21; 304, 20; 306, 17; 310, 9, 13; 316, 7; 338, 24; 352, 5; 358, 24; 360, 2, 7; 366, 22; 370, 17, 25; 372, 10; 382, 14, 29; 384, 2; 394, 11, 14; 396, 12; 424, 20; 426, 4; 428, 10; 430, 24; 434, 3; 448, 23; II p. 52, 18), ut satius duxerim etiam illis locis ordinem insolitum litterarum librario imputare quam ipsi Apollonio. cfr. I p. 134, 23, ubi Eutocius uerum ordinem seruauit.

significare uidetur (etsi III, 14 p. 342, 8 sine significatione diuersitatis usurpatur), sicut in III, 12 p. 338, 3 *λιπὸν ἢ προσλαβόν*; sed in III, 11 *ΕΘΗ* p. 336, 2, *ΒΖΛ* p. 336, 4 et in III, 12 *ΛΒΜΝ*, *ΚΞΟΥΠ* p. 336, 25, *ΒΞΡ*, *ΛΚΣ* p. 336, 26 cum priore figura sola consentiunt.

uerum tamen difficile est credere, Apollonium figuras dedisse, quae a constructionibus litterarumque ordine indicato discreparent (quamquam interdum in figuris describendis parum diligens est, uelut in III, 11, ubi in expositione de puncto *K* siletur). adcedit, quod in figuris codicibus non multum credendum esse demonstrari potest. primum enim ex uerbis *τις τῶν προειρημένων τομῶν* III, 42 p. 416, 27, *μία τῶν εἰρημένων τομῶν* III, 45 p. 424, 15, III, 53 p. 438, 9 pro certo adparet, in his propositionibus unam tantum figuram ab Apollonio adscriptam fuisse (quamquam in III, 42 propter p. 418, 10 sq. causa fuit, cur hic saltim duas daret), cum tamen nunc in nostris codicibus plures adsint. deinde ex Eutocio p. 318, 18 sq. discimus, in III, 4 sqq. codices eius in singulis propositionibus unam figuram habuisse, sed inter se diuersas, cum alii rectas contingentes in eadem sectione haberent, alii in singulis unam; cfr. de III, 31 Eutocius II p. 342, 11 sq. itaque si Eutocius II p. 320, 7, 14 in III, 5 utramque figuram habuit, ipse in editione sua eas coniunxit. Apollonium ipsum utrumque casum mente concepisse, ex usu adparet, qui in III, 23 fit propositionis 15 (u. I p. 367 not.), in IV, 15 propositionis III, 37 (u. II p. 27 not.), in IV, 44, 48, 53 propositionis III, 39. omnino Eutocius in figuris describendis satis libere egit; u. II p. 322, 1.*) et illarum discrepantiarum nonnullae per eius rationem edendi ortae esse possunt, uelut in I, 38, ubi p. 116, 23 in ellipsi permutandae sunt *ΘΓ* et *ΘΔ*; nam in quibusdam codicibus haec propositio de sola hyperbola demonstrata erat, u. Eutocius II p. 250, 16. uerum alias iam is in suis codicibus inuenit, uelut in III, 1 p. 320, 8 *κοινὸν ἀφῃρήσθω τὸ ΔΗΓΕ* cum figura priore p. 320 conciliari non potest, quam habuit Eutocius II p. 316, 9. aliae autem post eum ortae sunt, uelut in eadem prop. III, 1 figuram alteram p. 310 nondum habuit (u. II p. 316, 9

---

*) Ubi lin. 6—7 interpretandum erat: ut seruetur, quod in protasi dicitur „iisdem suppositis“. nam *τῶν αὐτῶν ὑποκειμένων* p. 322, 7 ex uerbis Apollonii citatur; u. III, 6, 7, 8, 9, 10, 11, 12.

et p. 317 not.); ne in I, 18 quidem figuram alteram p. 71, in qua litterae A, B et Γ, Δ permutandae erant, ut cum uerbis Apollonii consentirent, habuit Eutocius II p. 230, 19. concludendum igitur, Apollonium ipsum in figuris uarios casus non respexisse (sicubi in uerbis demonstrationis eos respexit, id cum Eutocio II p. 320, 24 explicandum), sed in singulis demonstrationibus (quae cum numero propositionum non concordant) unam dedisse, ceteras autem paullatim interpolatas esse, nonnullas post Eutocium.

interpolationes post Eutocium

Etiam interpolationes supra notatae sine dubio maximam partem post Eutocium ortae sunt; pleraeque enim futtiliores sunt quam pro eius scientia mathematices. et editionem eius non prorsus integram ad nos peruenisse, ostendunt scripturae a nostris codicibus discrepantes, quae in lemmatis eius seruatae sunt; nam quamquam neque omnes per se meliores sunt et saepe etiam in nostris codicibus fortuitus librarii error esse potest, praesertim cum cod. W Eutocii duobus minimum saeculis antiquior sit codicibus Apollonii, tamen nonnullae manifesto interpolatorem produnt. sunt igitur hae:

I p. 4, 5 *περί*] *παρά* Eutocius II p. 178, 1 (fort. scrib. *περί*),
I p. 18, 4 *τετμήσθω*] *τετμήσθω ὁ κῶνος* Eutoc. p. 204, 20,
I p. 18, 5 *τὸν ΒΓ κύκλον*] *τὴν βάσιν* Eutoc. p. 204, 21 (sed hoc loco fortasse non ad uerbum citare uoluit),
I p. 18, 6 *δή*] *δέ* Eutoc. p. 206, 7,
I p. 18, 7 *ὄντι*] *μέν* Eutoc. p. 206, 8, *ΑΒΓ*] *διὰ τοῦ ἄξονος* ibid.,
I p. 18, 8 *τρίγωνον πρὸς τῷ Α σημείῳ τὸ ΑΚΗ*] *πρὸς τῇ κορυφῇ τρίγωνον* Eutoc. p. 206, 9 (ne hic quidem locus ad uerbum citatus esse uidetur),
I p. 38, 25 ΖΘ] ΘΖ Eutoc. p. 216, 15,
I p. 40, 8 *τῶν*] om. Eutoc. p. 218, 1; p. 40, 9 *τε*] om. p. 218, 2,
I p. 66, 10 *ἐστὶ καί*] om. Eutoc. p. 224, 2, *ἡ ΑΚ*] *ἐστὶν ἡ ΚΑ* Eutoc. p. 224, 3,
I p. 66, 11 *ΑΒ*] *ΒΑ* Eutoc. p. 224, 3,
I p. 94, 13 *ἄρα*] om. Eutoc. p. 244, 23,
I p. 102, 24 *τὸ ἄρα ὑπὸ ΑΝΞ μεῖζόν ἐστι*] *μεῖζον ἄρα τὸ ὑπὸ ΑΝΞ* Eutoc. p. 248, 6,*)
I p. 104, 3 *ΚΒ*] *ΒΚ* Eutoc. p. 248, 23; *οὕτως*] om. p. 248, 24,

---

*) *ΝΟ* II p. 248, 7 error typothetae est pro *ΝΞ*.

I p. 104, 4 *ΔΕ*] *ΕΔ* Eutoc. p. 248, 24,
I p. 134, 23 *ΕΔ*] *ΔΕ* Eutoc. p. 264, 6,
I p. 134, 24 *τῇ ΖΗ παράλληλός ἐστιν ἡ ΔΕ*] *παράλληλός ἐστιν ἡ ΖΗ τῇ ΕΔ* Eutoc. p. 264, 7,
I p. 148, 4 *ΛΓ*] *ΔΛΠΓ* Eutoc. p. 270, 19, *ἐστιν ἴση*] *ἴση ἐστίν* Eutoc. p. 270, 20,
I p. 148, 5 *ΚΛΝ*] *ΚΛΝ γωνία* Eutoc. p. 270, 21,
I p. 166, 26 *κύκλος γεγράφθω*] *γεγράφθω κύκλος* Eutoc. p. 274, 13,
I p. 168, 1 *ΑΖΒ*] *ΑΖΒ τμήματι* Eutoc. p. 274, 16,
I p. 172, 12 *ΑΓ*] *ΓΑ* Eutoc. p. 278, 9, *ΑΒ*] *τὴν διπλασίαν τῆς ΑΔ* Eutoc. p. 278, 10,
I p. 182, 20 *ΑΖΕ*] *ΑΕΖ* Eutoc. p. 280, 14 (male), *ἐν αὐτῷ*] om. Eutoc. p. 280, 14, *ἡ*] *ἐν αὐτῷ ἡ* Eutoc. p. 280, 14,
I p. 182, 21 *ΖΗ*] *ΖΗ λόγον* Eutoc. p. 280, 15,
I p. 182, 22 *λόγον*] om. Eutoc. p. 280, 16, *αὐτὸν τῷ*] om. Eutoc. p. 280, 16, *ΑΒ*] *διπλασίαν τῆς ΑΕ* Eutoc. p. 280, 16,
I p. 340, 1 *καὶ ὡς ἄρα*] *ἐπεί ἐστιν ὡς* Eutoc. p. 324, 7,
I p. 340, 2 ΖΘ] ΘΖ Eutoc. p. 324, 7, *ΒΘ*] *ΘΒ* p. 324, 7, *ΗΘ*] *ΘΗ* Eutoc. p. 324, 8, *ὑπὸ ΒΘΖ, ΗΘΖ*] *πρὸς τῷ Θ γωνίαι* Eutoc. p. 324, 8,
I p. 340, 3 *ἄρα*] om. Eutoc. p. 324, 9,
I p. 384, 25 *τῶν*] om. Eutoc. p. 340, 13,
I p. 442, 13 *ΜΑ*] *ΑΜ* Eutoc. p. 350, 18,
I p. 442, 29 *ΝΓ, ΑΜ*] *ΑΜ, ΝΓ* Eutoc. p. 352, 6.

harum scripturarum Eutocii apertas interpolationes nostrorum codicum arguunt eae, quas ad I p. 40, 8; 104, 3; 172, 12; 182, 22; 340, 2; 384, 25 notaui. ceterum per se intellegitur, etiam in W errores librariorum esse posse; memorabile est, etiam lemmata e demonstratione ab ipso Eutocio adlata discrepantias exhibere (Eutoc. p. 238, 18 *ὡς*] *δὴ ὡς* idem p. 240, 24; Eutoc. p. 238, 19 *οὕτως*] om. idem p. 240, 25; Eutoc. p. 238, 21 *οὖν*] om. idem p. 242, 2; *καὶ θέσει οὔσης τῆς ΛΑ*] om. p. 242, 2; Eutoc. p. 238, 23 *ΓΚΗ*] *ΓΗΚ* idem p. 242, 3).

numeri propositionum

In numeris propositionum nulla prorsus fides codicibus nostris habenda est; nam in diuisione propositionum magnopere uariant (cfr. de codice p supra ad I p. 276, 22; 286, 25; 298, 27; 308, 19 alibi), et in V a manu prima nulli fere numeri adscripti sunt. itaque mirum non est, quasdam propositiones aliis numeris, quam quibus nunc signatae sunt, et ab Eutocio ipso in commentariis ad Archimedem (u. Neue Jahrbücher

f. Philol., Supplem. XI p. 362) et a scholiasta Florentino Archimedis (III p. 374, 12; 375, 3) citari. diuisionem editionis suae Eutocius ipse in primo libro testatur II p. 284, 1 sq.; sed non crediderim, Apollonium ipsum disiunxisse I, 52—53, 54—55, 56—58.*) in libro secundo diuisio usque ad prop. 28 propter II p. 306, 5 constat; de propp. 29—48 locus dubitandi non est, ita ut ν′ pro μη′ II p. 310, 1 librario debeatur; sed ueri simile est, propp. 49—50 apud Eutocium in ternas minimum, prop. 51 in duas diuisas fuisse. in libro tertio numeri propter titulos adnotationum Eutocii in dubium uocari non possunt; nam λ′ pro κϑ′ II p. 340, 11 librarii est, quoniam numeri propp. 31, 33, 34, 35, 36, 44, 54 concordant. ne in quarto quidem libro est, cur dubitemus; nam numerus propositionis 51 propter II p. 358, 23 constat; de ceteris u. II p. 45 not.

saec. IX constat igitur, editionem Eutocii interpolationem subiisse, nec dubito, quin hoc tum factum sit, cum initio saeculi noni studia mathematica Constantinopoli auctore Leone reuiuiscerent (u. Bibliotheca mathematica I p. 33 sq.); nam eo fere tempore orti esse uidentur codices illi litteris uncialibus scripti, ex quibus V et W descripti sunt. eidem tempori figuras illas
saec. X—XI auxiliarias tribuerim, de quibus egi I p. VII sq. satis notum est, haec studia deinde per saecula decimum et undecimum uiguisse, sicut plurimi ac praestantissimi codices mathematicorum testantur, qui ex illis saeculis supersunt; quorum unus est codex Uaticanus W, in quo commentaria Eutocii sine dubio e margine codicis litteris uncialibus scripti transsumpta sunt, sicut in eodem codice scholia Elementorum Euclidis, quae in aliis codicibus in margine leguntur, specie operis continui composita sunt (u. Euclidis opp. V p. 12; Videnskabernes Selskabs Skrifter, 6. Raekke, hist.-philos. Afd. II p. 298).

saec. XII haec studia per saeculum duodecimum euanuisse uidentur, quamquam ea non prorsus abiecta esse testis est codex V, si recte eum huic saeculo adtribui; u. quae de suis studiis narrat Theodorus Metochita apud Sathas *μεσαιων. βιβλιοϑ.* I p. *πζ′* sq. (de Apollonio ibid. p. *πη′*: *τὴν δὲ περὶ τὰ στερεὰ τῆς ἐπι-*

*) Tamen Pappus quoque multas diuisiones habuit. nam si meos numeros in libb. I—IV, Halleianos in V—VIII computauerimus, efficitur numerus 420, cum Pappus p. 682, 21 habeat 487.

*στήμης πολυπραγμοσύνην καὶ μάλιστα τὴν τῶν περὶ τὰ κωνικὰ ϑαυμάτων τῆς μαϑηματικῆς ἄρρητον παντάπασι καὶ ἀνεννόητον, πρὶν ἢ ἐντυχεῖν ὁντιναοῦν καὶ προσσχεῖν εὖ μάλα εὕρεσιν καὶ ὑποτύπωσιν Ἀπολλωνίου τοῦ ἐκ Πέργης ἀνδρὸς ὡς ἀληϑῶς ϑαυμαστοῦ**) *τῶν ἐξαρχῆς ἀνϑρώπων, ὅσα ἐμὲ εἰδέναι, περὶ τὴν γεωμετρικὴν ἐπιστήμην, αὐτοῦ τε τὴν***) *περὶ τὰ κυλινδρικὰ καὶ Σερήνου κατ᾽ αὐτὸν ἀνδρὸς ἢ ὅτι ἔγγιστα*). sed extremo saec. XIII—XIV saeculo tertio decimo et quarto decimo ineunte auctore Manuele Bryennio (Sathas I p. *ρ′*) Theodorus Metochita studiis mathematicis se dedidit (de Apollonio l. c. p. *ρε′*: *ἃ δὲ δή τ᾽ εἴρηταί μοι πρότερον Ἀπολλωνίου τοῦ Περγαίου κωνικὰ ϑαυμαστῆς ὄντως γεωμετρικῆς ἕξεως καὶ κράτους ἐν ταύτῃ τοῦ ἀνδρὸς δείγματα καὶ Σερήνου κυλινδρικὰ μάλιστ᾽ ἐπονήϑη μοι δυσδιεξίτητα ταῖς καταγραφαῖς ἐντυχεῖν καὶ κομιδῇ πως ἐργώδη συσχεῖν παντάπασιν, ὅσα γ᾽ ἐμὲ εἰδέναι, διὰ τὴν ἐπίπεδον ἐπίσκεψιν, καὶ ἔστιν ὁτῳοῦν χρῆσϑαι καὶ πειρᾶσϑαι, εἰ ἀληϑὴς ὁ λόγος*). nec dubium est, quin studio mathematices Theodori***) opera reuiuiscenti debeamus codices satis frequentes saeculorum XIII—XIV (codd. cvp). quorum recentissimus cod. Paris. p, cuius interpolationes peritiae haud mediocris testes sunt, in monte Atho scriptus est; est enim, sicut me monuit Henricus Omont, codicis notissimi Aristotelis Coislin. 161 prorsus gemellus, qui „olim Laurae S. Athanasii in monte Atho et *τῶν κατηχουμένων*“ fuit (Montfaucon Bibliotheca Coisliniana p. 220); charta, atramentum, ductus librarii eadem sunt, et in utroque codice commentaria, quae alibi ut propria opera traduntur, eadem prorsus ratione in margine adscripta sunt. eiusdem et generis et temporis sunt codd. Coislinn. 166 et 169 (Aristotelis cum commentariis Philoponi, Simplicii aliorumque), aliquanto recentiores codd. Mosquenses 6 et 7 (Aristotelis cum commentariis Simplicii et aliorum), uterque olim monasterii Batopedii in monte Atho; hoc genus codicum institutioni scholasticae inseruisse demonstraui Sitzungsberichte der Akademie der Wissenschaften zu Berlin 1892 p. 73; cfr. cod. Mosq. 6 fol. 278r manu recentiore: *ἀνέγνω τοῦτο ὁ μέγας ῥήτωρ ὅλον τὸ βιβλίον*

*) Scribendum *ϑαυμαστοτάτου*.
**) Fort. *τε καὶ τήν* deleto *καί* ante *Σερήνου*.
***) Ex uerbis eius supra adlatis adparet, Serenum etiam in eius codicibus cum Apollonio coniunctum fuisse.

$\overline{\beta}^{o\nu}$ $\overset{\varsigma}{\widetilde{N}}$ $\overline{\beta}^{o\upsilon}$ ἔτους ,ζζ$^{o\upsilon}$ (h. e. 1499).*) cum interpolationibus codicis p apte conferri potest, quod in codicibus Coislinianis 172 et 173 saeculi XIV, olim Laurae S. Athanasii in monte Atho, de Nicephoro Gregora dicitur (Montfaucon Bibl. Coisl. p. 227 sq.): *καὶ τὸ παρὸν βιβλίον διωρθώσατο καὶ ἀνεπλήρωσε καὶ ἡρμήνευσεν ὁ φιλόσοφος Νικηφόρος Γρηγορᾶς· ὁ γὰρ μακρὸς χρόνος φαύλων γραφέων χερσὶν εἰς διαδοχὴν τῆς βίβλου χρησάμενος τὰ μὲν ἐκ τοῦ ἀσφαλοῦς εἰς σφαλερὸν μετήνεγκε, τὰ δ' ἀμαθῶς διακόψας ἐκ μέσου πεποίηκεν, ὡς ἐργῶδες ἐντεῦθεν εἶναι τοῖς μετιοῦσι συνάπτειν τὸν νοῦν κτλ.* Nicephorus Gregoras discipulus erat Theodori Metochitae (Niceph. Greg. hist. Byz. VIII, 7); fortasse igitur diorthosis codicis p aut eius est aut saltim eo auctore facta.

Arabes Post saeculum XIV studia mathematica Byzantinorum intra prima huius scientiae elementa steterunt; de Apollonio non fit mentio. sed iam saeculo X Conica eius Arabibus innotuerant, de quorum studiis Apollonianis e disputatione Ludouici Nixii (Das fünfte Buch der Conica des Apollonius von Perga. Lipsiae 1889) hic pauca repetenda esse duxi; sumpta sunt e praefatione filiorum Musae, quo fonte usi sunt et Fihrist (Abhandlungen zur Geschichte der Mathematik VI p. 18) et Hadji Chalfa (V p. 147 sq.). Ahmed igitur et Hasan filii Musae saeculo X interpretationem Arabicam Conicorum instituere conati corruptione codicum Graecorum ab incepto deterriti sunt, donec Ahmed in Syria codicem editionis Eutocii**) librorum I—IV nactus est, quem emendauit et ab Hilal ibn abi Hilal Emesseno interpretandum curauit; etiam libros V—VII, quos ope illius codicis intellegere ei contigit, eius iussu Thabit ibn Korrah ex alio codice***) Arabicos fecit. quod Fihrist de seruatis quattuor propositionibus libri octaui narrat, incertissimum est; neque enim in praefatione illa commemoratur (u. Nixius p. 5), nec omnino apud Arabes ullum eius rei uestigium exstat. huius interpretationis autoribus filiis Musae factae eorumque prae-

*) Casu igitur adcidit, ut in p idem ordo commentariorum Eutocii restitueretur, qui ab initio fuit (u. supra p. LVII).

**) Quae Fihrist l. c. de discrepantia codicum Conicorum habet, apertissime ex Eutocio II p. 176, 17 sq. petita sunt.

***) Quae in praefatione dicuntur, libros I—IV ex editione Eutocii, ceteros ex recensione Apollonii translatos esse (Nix p. 4), confirmant, Eutocium solos libros quattuor edidisse.

fatione ornatae complures exstant codices, quorum optimus est cod. Bodleianus 943 anno 1301 e codice Nasireddini Tusi anno 1248 finito descriptus. inde descriptus est et cod. Bodl. 885 (a. 1626) et cod. Lugd. Bat. 14 (ab eodem librario eodem anno scriptus; u. Nixius p. 4); continent libros V—VII solos. praeterea cod. Bodl. 939 propositiones solas horum librorum continet.

interpretationem, quam commemorauimus, in compendium redegit medio, ut uidetur, saeculo XII Abul-Hosein Abdelmelik ibn Mohammed el-Schirazi, quod in cod. Bodleiano 913 exstat; eius apographum est cod. Lugd. Batau. 513; idem opus etiam codd. Bodl. 987 et 988 habent, alter textum, alter notas marginales librorum V—VII (Nix p. 6). editum est a Christiano Rauio (Kiliae 1669). librorum V—VII compendium uel recensio anno 983 ab Abulfath ibn Mohammed Ispahanensi confecta in codd. Laurent. 270 et 275 exstat et anno 1661 Florentiae ab Abrahamo Echellensi et Ioanne Alphonso Borelli edita est.

Persicam recensionem continet cod. Laurent. 296, alia Persica ad Apollonium pertinentia codd. Laur. 288 et 308. de duobus aliis codicibus u. Nixius p. 8 et de ceteris operibus Arabicis Apollonium tractantibus Wenrich De auctor. Graec. versionib. et comment. Syriacis Arabicis etc. p. 202 sq., p. 302.

de discrepantiis codicum Arabicorum in definitionibus libri primi et I, 11—12 haec mecum beneuolenter communicauit Nixius (A significat compendium Abdelmelikii, M interpretationem auctoribus filiis Musae confectam; in propp. 11—12 illud tantum collatum est):

I p. 6, 5 post *σημείου* add. „ita ut locum suum non relinquat" M,

I p. 6, 7 *ὅθεν ἤρξατο φέρεσθαι*] om. A, 7 *τὴν γραφεῖσαν* — 9 *κειμένων*] utramque superficiem, quam recta cum puncto transitionis circumducta describit, et quarum utraque alteri opposita est AM,

I p. 6, 12 *αὐτῆς*] utriusque superficiei conicae AM, post *δέ* add. „superficiei conicae" AM,

I p. 6, 15 *τοῦ κύκλου περιφερείας*] om. A,

I p. 6, 18 post *δέ* et post *κορυφῆς* add. „coni" AM,

I p. 6, 19 post *δέ* add. „coni" AM,

I p. 6, 21 *τοὺς μή* — 22 *ἄξονας*] si hoc non ita est A,

I p. 6, 24 *ἀπό*] a puncto aliquo AM,

I p. 6, 25 post *γραμμῆς* add. „in plano eius" M, I p. 6, 26 post εὐθείας add. „quarum termini ad lineam curuam perueniunt“ AM,

I p. 6, 29 ἑκάστην τῶν παραλλήλων] parallelas quas descripsimus AM,

I p. 8, 2 ἥτις — 3 γραμμάς] partem inter duas lineas curuas positam rectae quae AM,

I p. 8, 7 γραμμῶν] curuas lineas AM; deinde add. „et in diametro transuersa erecta“ AM,

I p. 8, 8 εὐθείᾳ τινί] diametro transuersae AM, ἀπολαμβανομένας — 9 γραμμῶν] quae inter lineas curuas ita ducuntur, ut termini earum ad eas perueniant AM,

I p. 8, 10 διάμετρον] diametrum rectam AM, ἑκάστην τῶν παραλλήλων] has parallelas AM,

I p. 8, 12 εὐθείας] duas rectas AM,

I p. 8, 16 post παραλλήλους add. „quae eius ordinatae sunt“ M,

I p. 8, 19 εὐθείας — 20 συζυγεῖς] diametros, si coniugatae sunt et AM,

I p. 36, 27—38, 14 om. A,

I p. 38, 15 σημεῖον om. A, 16 κύκλος] om. A, διά] quod transit per A, 17 καὶ ποιείτω τομήν] om. A, 19 εὐθεῖαν] om. A, καὶ ποιείτω] om. A, 20 ἐν τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ κώνου] om. A, 21 μιᾷ — 22 τριγώνου] om. A, 26 διὰ τοῦ *K*] om. A,*) 27 λέγω ὅτι] om. A, 28 *Δ*] punctum *Δ* A, 29 ἔστι] ducta est A,

I p. 40, 1 τῷ — 2 τουτέστι] om. A, 2 τό — 3 ἐπίπεδον] itaque A, 5 ἐπεί — *BΓ*] om. A, 8 τὸ δέ — 15 *MZ*] breuius A, 15 λοιπή] om. A, 17 ὁ δέ — 18 ὁ] quae ratio aequalis est rationi A, 21 τῆς — λαμβανομένης] om. A, 22 ὡς ἄρα — 24 *ΔZΔ*] om. A, 24 post *MΔN* add. „hoc est $KΔ^2$“ A, 25 τὸ δέ — 26 *ΘZΔ*] om. A,

I p. 42, 5—26 om. A, 27 σημεῖον] om. A, 28 διά] quod transit per A,

I p. 44, 1 καὶ ποιείτω τομήν] om. A, 2 τοῦ κώνου] om. A, 3 εὐθεῖαν] om. A, 4 καί — 5 γραμμήν] scilicet sectione *ΔZE* A, 6 μιᾷ — 7 *AΓ*] lateri *AΓ* A, 7 ἐκτός — κορυφῆς] om. A, 8 τῇ — τομῆς] om. A, 9 καί — *BΓ*] om. A, 12 εἰλήφθω — 13 τοῦ *M*] a puncto sectionis scilicet *M* A, 17 λέγω ὅτι] om. A,

---

*) Quod post *KΔ* addidit Halley: μέχρι τῆς διαμέτρου τῆς τομῆς, omisit A cum V.

18 πλάτος — *ZN*] om. A,*) 20 ἤχθω — 25 *PNΣ*] si per punctum *N* planum *PNΣM* basi coni parallelum ducitur, circulus est, cuius diametrus *PΣ* A,

p. 44, 28 ὁ δέ — p. 46, 1 λόγος] quae ratio A,

p. 46, 2 καὶ ἡ — 7 *NP*] breuius A, 8 post λόγος add. „h. e. *ΘN* : *NΞ*“ A, 9 ὁ δέ — 11 ὁ] quae ratio aequalis est A, 13 ἡ *ΘZ* — 14 τουτέστιν] om. A, 14 ἀλλ' — 16 *ZNΞ*] om. A,**) 19 post *ΣNP* add. „h. e. MN^2“ A, τὸ δέ — 22 παραλληλόγραμμον] om. A, 23 πλάτος — *ZN*] om. A, 27 καλείσθω — καί] om. A.

definitiones alteras I p. 66 hoc loco om. AM, sed in M post definitiones priores quaedam interposita sunt de origine trium sectionum, de oppositis, de centro oppositarum et ellipsis („omnes rectae, quae per quoddam punctum inter duas oppositas uel intra ellipsim positum transeunt, diametri sunt, et hoc punctum centrum uocatur“).

hinc nihil prorsus ad uerba Apollonii emendanda peti posse, satis adparet, nec aliter exspectandum erat, quoniam Arabes quoque editione Eutocii utebantur.

Per Arabes etiam ad occidentales saeculo XIII aliqua notitia Conicorum peruenit. Uitellio enim in praefatione Uitellio perspectiuae fol. 1^u (ed. Norimb. 1535) haec habet: *librum hunc per se stantem effecimus exceptis his, quae ex Elementis Euclidis, et paucis, quae ex Conicis elementis Pergaei Appollonii dependent, quae sunt solum duo, quibus in hac scientia sumus usi, ut in processu postmodum patebit.* et paullo inferius de libro primo: *et in hoc ea duo, quae demonstrata sunt ab Appollonio, declaramus.* significat I, 131: *inter duas rectas se secantes ex una parte a puncto dato hyperbolem illas lineas non contingentem ducere, ex alia parte communis puncti illarum linearum hyperbolem priori oppositam designare; ex quo patet, quod, cum fuerint duae sectiones oppositae inter duas lineas, et producatur linea minima ab una sectione ad aliam, erit pars illius lineae interiacens unam sectionum et reliquam lineam aequalis suae parti aliam sectionum et reliquam lineam interiacenti. quod*

---

*) Uerba καὶ ὁμοίως κειμένῳ ab Halleio post ὄντι lin. 19 interpolata etiam in A desunt.

**) Uerba lin. 17—18 errore in V omissa in A adsunt, sed A cum Halleio et p pro *ΣNP* lin. 17 *ΞNZ*, pro *ΞNZ* lin. 18 *ΣNP* habere uidetur.

hic proponitur, demonstratum est ab Appollonio in libro suo de conicis elementis [II, 16]*; ducuntur autem sectiones ampligoniae siue hyperbolae oppositae, quando gibbositas unius ipsarum sequitur gibbositatem alterius, ita ut illae gibbositates se respiciant, et ambarum diametri sint in una linea recta . . . et ex iis declarauit Appollonius illud, quod correlatiue proponitur . . . et nos utimur hoc illo ut per Appollonium demonstrato.* hoc deinde utitur in I, 132—133. alteram propositionem Conicorum citat in I, 129: *inter duas rectas angulariter coniunctas a dato puncto rectam ducere, cuius una partium interiacens unam coniunctarum et datum punctum sit cuicunque datae lineae et insuper reliquae suae parti datum punctum et alteram coniunctarum interiacenti aequalis . . . . ad hoc autem per lineas rectas uel circulares demonstrandum longus labor et multae diuersitatis nobis incidit, et non fuit nobis hoc possibile complere per huius lineas absque motu et imaginatione mechanica . . . hoc tamen Appollonius Pergaeus in libro suo de conicis elementis libro secundo propositione quarta*) per deductionem sectionis ampligoniae a dato puncto inter duas lineas assumpto nulla earum linearum secante demonstrauit, cuius nos demonstrationem ut a multis sui libri principiis praeambulis dependentem hic supponimus et ipsa utimur sicut demonstrata.* utitur in I, 130. haec omnia a Uitellione ex opticis Alhazeni (Ibn al Haitam) V, 33 petita sunt (cfr. Alhazen V, 34: *sectio pyramidis, quam assignauit Apollonius in libro pyramidum*), et originem Arabicam ipse prodit I, 98: *sectio rectangula uel parabola et est illa, quam Arabes dicunt mukefi . . . ampligonia uel hyperbole uel mukefi addita . . . oxigonia uel elipsis uel mukefi diminuta.* praeterea haec habet de Conicis: IX, 39 *si sectionem parabolam linea recta contingat, et a puncto contactus ducatur recta perpendiculariter super diametrum sectionis productam ad concursum cum contingente, erit pars diametri interiacens perpendicularem et periferiam sectionis aequalis parti interiacenti sectionem et contingentem . . . hoc autem demonstratum est ab Appollonio Pergeo in libro de Conicis elementis* [I, 35], *et hic utemur ipso ut demonstrato*, IX, 40: *omne quadratum lineae perpendicularis ductae ab aliquo puncto sectionis parabolae super diametrum sectionis est aequale rectangulo contento sub parte diametri interiacente illam perpendicularem et periferiam sectionis et sub latere recto*

*) Coll. II, 8.

ipsius sectionis . . . hoc autem similiter demonstratum est ab Appollonio Pergeo in libro de Conicis elementis [I, 11], *et nos ipso utemur ut demonstrato. haec uero duo theoremata cum aliis Appollonii theorematibus in principio libri non connumerauimus, quia solum illis indigemus ad theorema subsequens explicandum et nullo aliorum theorematum totius eius libri.* usurpantur in IX, 41, quae sicut etiam I, 117 et IX, 42—44 ex alio libello Alhazeni *de speculis comburentibus* sumpta est. in interpretatione Latina inedita huius opusculi, cuius multi supersunt codices (uelut Ottobon. 1850 Guillelmi de Morbeca, amici Uitellionis), IX, 40 ut Apollonii citatur (*sicut ostendit Apollonius bonus in libro de pyramidibus*), IX, 39 usurpatur illa quidem, sed in ea Apollonii mentio non fit. itaque necesse est, Uitellionem ipsum Apollonium in manibus habuisse, quamquam eum non semper citauit, ubi potuerat (u. c. I, 90, 91, 100, 103).

interpretatio Latina saec. XIII

et alia quoque uestigia supersunt, unde adparet, Conica eo tempore non prorsus ignota fuisse inter occidentales. exstat enim initium interpretationis Latinae, quod infra e codicibus Paris. lat. 9335 fol. 85ᵘ saec. XIV*) (A), Dresd. Db 86 fol. 277ᵘ saec. XIV (B), Regin. lat. 1012 fol. 74 saec. XIV (C) dabo; in A titulus est: *ista quae sequuntur sunt in principio libri Apollonii de pyramidibus; sunt axiomata, quae praemittit in libro illo*; in C: *ista sunt in principio libri Apollonii de piramidibus et sunt anxiomata, quae praemittit in libro suo; valent etiam ad librum de speculis comburentibus*; in B nulla inscriptio.

Cum continuatur inter punctum aliquod et lineam continentem circulum per lineam rectam, et circulus et punctum non sunt in superficie una, et extrahitur linea recta in ambas partes, et figitur punctum ita, ut non moueatur, et reuoluitur linea recta super periferiam circuli, donec redeat ad locum, a

*) De hoc codice notauit Leclerc Histoire de la médecine Arabe II p. 491. exstat etiam in cod. Paris. lat. 8680 a fol. 64 saec. XIV (ista sunt quae sequuntur in principio libri Apollonii de piramidibus). cod. C solita beneuolentia mea causa descripsit Augustus Mau; codicis B imaginem photographicam intercedente Hultschio u. c. per Büttner-Wobst accepi.

29. non] *om. B.* 30. non moueatur] remoueatur *A.* reuoluatur *C.* 31. perifariam *B.*

quo incepit, tunc ego nomino unamquamque duarum superficierum, quas designat linea reuoluta per transitum suum, et unaquaeque quarum est opposita sue compari et susceptibilis additionis infinite, cum extractio linee recte est sine fine, superficiem piramidis. Et nomino punctum fixum caput cuiusque duarum superficierum duarum piramidum. Et nomino lineam rectam, quae transit per hoc punctum et per centrum circuli, axem piramidis.

Et nomino figuram, quam continet circulus et quod est inter punctum capitis et inter circulum de superficie piramidis, piramidem. Et nomino punctum, quod est caput superficiei piramidis, caput piramidis iterum. Et nomino lineam rectam, quae protrahitur ex capite piramidis ad centrum circuli, axem piramidis. Et nomino circulum basim piramidis.

Et nomino piramidem orthogoniam, cum eius axis erigitur super ipsius basim secundum rectos angulos. Et nomino ipsam decliuem, quando non est eius axis erectus orthogonaliter super ipsius basim.

Et cum a puncto omnis linee munani, quae est in superficie una plana, protrahitur in eius superficie linea aliqua recta secans omnes lineas, quae protrahuntur in linea munani et quarum extremitates ad eam, et est equidistans linee alicui posite, in duo media et duo media, tunc ego nomino illam lineam rectam diametrum illius linee munani. Et nomino extremitatem illius linee recte, quae est apud lineam munani,

1. tunc] $\overline{\tau c}$ *e corr. C.* duarum] *om. C.* 2. reuoluta] remota *B.* 3. compari sue *C.* 4. sine fine] supra finem *B.* superficiei *B.* 5. pyramidum *B.* capud *C.* 6. piramidarum *A*, pyramidum *B.* 8. pyramidis *B.* 9. quod] que *B.* 10. circulus *B.* pyramidis *B.* 11. pyramidem *B.* caput] *om. B*, capud *C.* 12. piramidis] *om. C*, pyramidum *B.* capud *C.* pyramidis *B.* iterum] *e corr. C*, item *B.* et] *om. B.* 13. pyramidis *B.* 14. pyramidis *B.* 15. pyramidem *B.* ortogoniam *C.* cum eius] cuius *C.* 16. secundum — 18. basim] *om. B.* 17. axis eius *C.* ortogonaliter erectus *C.* 19. linee] *corr. ex* lineā? *B.* munani] in miani? *B.* 21. lineas] eius lineas *B.* munani] in unaui *B.* et quarum] equaliter *B.* 22. equedistans *B.* alicui linee *B.* 23. posite] *om. B*, proposite *C.* 24. dyametrum *B.* munani] in unaui *B.* 25. apud lineam] *corr. m. 2 ex* capud linee *C.* munani] in unaui *B.*

caput linee munani. Et nomino lineas equidistantes, quas narraui, lineas ordinis illi diametro.

Et similiter iterum, cum sunt due linee munani in superficie una, tunc ego nomino, quod cadit inter duas lineas munani de linea recta, que secat omnes lineas rectas egredientes in unaquaque duarum linearum munani equidistantes linee alique in duo media et duo media, diametrum mugeniben. Et nomino duas extremitates diametri mugenibi, que sunt super duas lineas munani, duo capita duarum linearum munanieni. Et nomino lineam rectam, que cadit inter duas lineas munanieni et punctum super diametrum mugenib et secat omnes lineas rectas equidistantes diametro mugenib, cum protrahuntur inter duas lineas munanieni, donec perueniant earum extremitates ad duas lineas munanieni, in duo media et duo media, diametrum erectam. Et nomino has lineas equidistantes lineas ordinis ad illam diametrum erectam.

Et cum sunt due linee recte, que sunt due diametri linee munani aut duarum linearum munanieni, et unaqueque secat lineas equidistantes alteri in duo media et duo media, tunc nomino eas duas diametros muzdaguageni.

Et nomino lineam rectam, cum est diameter linee munani aut duarum linearum munanieni et secat lineas equidistantes,

1. capud *C.* munani] in unaui *B.* equedistantes *B.* 2. narraui] nominaui *C.* dyametro *B.* 3. iterum] $\tau\grave{e}m$ *BC.* sint *B.* due] alie due *C.* munani] in unaui *B.* 4. lineas] *om. BC.* munani] in unaui *B.* 5. secet *B.* rectas] *om. B.* 6. munani] in unaui *B.* equedistantes *B.* 7. alique] aliam *C.* diametrum] *om. B.* Et — 9. munanieni] *om. B.* 8. mugenid'i *C.* 9. munameni *in ras. C.* 10. lineas] *om. B.* munamen *C*, munanī *B.* 11. punctum] $\overline{po\tau}$ *A.* dyametrum *B.* 12. equedistantes *B.* dyametro *B.* 13. mumamen *C*, numauien? *B.* extremitates eorum *B.* 14. mumanien *C*, mumamen *B.* duo] duo linea *B*, *sed corr.* et duo media] *om. B.* 15. equedistantes *B.* 16. dyametrum *C.* 17. sunt (*pr.*)] sint *B.* 18. munani] in imaui? *B.* munaniem *C*, in unauī *B.* 19. equedistantes *B.* alteri] *e corr. C.* et duo media] *om. B.* 20. dyametros *BC.* muzdag^u^ageni *C*, uuiz dagnagem *B.* 21. dyameter *BC.* munaui *B.* 22. munnanieni *A*, *sed corr.*; mumanieni *C*, mimauī? *B.* equedistantes *B.*

que sunt linee ordinis ei, secundum angulos rectos axem linee munani aut duarum linearum munanieni.

Et nomino duas diametros, cum sunt muzdaguageni, et secat unaquaeque earum lineas equidistantes alteri secundum rectos angulos, duos axes muzdaguageni linee munani aut duarum linearum munanieni.

Et de eo, in cuius premissione scitur esse adiutorium ad intelligendum, quod in isto existit libro, est, quod narro.

Cum secatur piramis cum superficie plana non transeunte per punctum capitis, tunc differentia communis est superficies, quam continet linea munani, et quando secatur piramis cum duabus superficiebus planis, quarum una transit per caput eius et per centrum basis et separat eam secundum triangulum, et altera non transit per caput ipsius, immo secat eam cum superficie, quam continet linea munani, et stat una duarum superficierum planarum ex altera secundum rectos angulos, tunc linea recta, quae est differentia communis duarum superficierum planarum, non euacuatur dispositionibus tribus, scilicet aut quin secet unum duorum laterum trianguli et equidistet lateri alteri, aut quin secet unum duorum laterum trianguli et non equidistet lateri alii, et cum producatur ipsa et latus aliud secundum rectitudinem, concurrant in parte, in qua est caput piramidis, aut quin secet unum duorum laterum trianguli et non equidistet lateri alii, immo concurrant aut intra piramidem

---

1. ei] et *C.* 2. mumani *C,* in unaui *B.* manianiem *C,* munaūi *B.* 3. cum] *om. C.* sunt] *om. C,* sint *B.* mazduguageni *C,* uniz dagnagem *B.* 4. secet *B.* equedistantes *B.* secundum] *om. B.* 5. angulos rectos *B.* angulos] duos angulos *C.* duos] *add. m. 2 C.* mazdaguageni *C,* uniz dagnagem *B.* mumani *C,* unmani *B.* 6. mumameni *C,* in unaūi *B.* 8. est] *om. B.* 9. secatur] sequatur *B.* pyramis *B.* 11. mumani *C,* munaui *B.* et — 15. munani] *om. B.* 12. capud *C.* 14. non] non secat *A, sed corr.* capud *C.* ipsius] eius *C.* eam] *m. 2 C.* 17. recta] *om. B.* est] *om. C.* 18. euacuantur *A.* aut] an *B.* 19. quin] quoniam *B.* equedistet *B.* 20. quin] quod non *B.* 21. equedistet *B,* equidestent *C.* alii] alteri *BC.* et (*pr.*) — 24. alii] *om. B.* aliud] secundum aliud *C,* aliud ṣ *A.* 22. parte] partem *C.* capud *C.* 24. alii] alteri *C.* immo] nimio *B.* concurrat *BC.* pyramidem *B.*

aut extra eam, cum protrahuntur secundum rectitudinem, in parte alia, in qua non est caput piramidis.

Quod si linea recta, que est differentia communis duarum superficierum planarum, equidistat lateri trianguli, tunc superficies, super quam secatur piramis, et quam continet linea munani, nominatur sectio mukefi. Et si non equidistat lateri trianguli, immo concurrit ei, quando protrahuntur secundum rectitudinem, in parte, in qua est caput piramidis, tunc superficies, super quam secatur piramis, et quam continet linea munani, nominatur sectio addita. Et si non equidistat lateri trianguli, immo occurrit ei in parte alia, in qua non est caput piramidis, tunc superficies, super quam secatur piramis, si non est circulus, nominatur sectio diminuta. Et quando sunt due sectiones addite, quibus est diameter communis, et gibbositas unius earum sequitur gibbositatem alterius, tunc ipse nominantur due sectiones opposite. Et inter duas sectiones oppositas est punctum, per quod omnes linee que transeunt sunt diametri duarum sectionum oppositarum. Et hoc punctum nominatur centrum duarum sectionum. Et intra sectionem diminutam est punctum, per quod omnes linee que transeunt sunt ei diametri. Et hoc punctum est centrum sectionis. Et cum in sectione diminuta protrahuntur diametri, tunc ille ex illis diametris, quarum extremitates perueniunt ad circumferentiam sectionis et non pertranseunt eam nec ab ea abreuiantur,

---

2. partem *C.* capud *BC.* pyramidis *B.* 4. equedistat *B.* tunc] et tunc *B.* *mg.* sectio mukefi *C.* 5. pyramis *B.* 6. munaui *B.* mukefi] mukesi *B;* áddita *C,* *mg.* mukefi. *mg.* sectio addita *C.* equedistet *B.* 7. concurrunt *B,* occuprit *C.* ei] *om. B.* secundum rectitudinem] *om. C.* 8. partem *C.* capud *C.* pyramidis *B.* 9. sequatur *B.* pyramis *B.* 10. munaui *B.* addita sectio *B.* *mg.* sectio diminuta *C.* equedistet *B.* 11. alia] altera *B.* capud *C.* 12. pyramidis *B.* pyramis *B.* 14. *mg.* diameter sectionis *C.* diameter] dyameter *B,* diameter gibbositas *C.* et] *om. B.* 15. gibbositatem] gybbositatem *B.* 16. *mg.* sectiones opposite *C.* 18. sunt diametri] super dyametrum *B.* 19. *mg.* centrum sectionis *C.* duarum] duarum linearum *B.* intra] inter *C.* 20. est] et *C.* 21. ei] eius *C.* dyametri *B.* 22. cum] tn̄ cum *B.* *mg.* diameter mugenibȝ *C.* dyametri *B.* 23. dyametris *B.* 24. ab ea] *om. C.*

nominantur diametri mugenibi sectionis diminute. Et que ex eis est, cuius principium est ex puncto circumferentie sectionis, et eius altera extremitas abreuiata est a circumferentia sectionis aut pertransit eam, nominatur diameter absolute. Diameter uero, que nominatur secunda, non est nisi in duabus sectionibus oppositis et transit per centrum ambarum, et narrabo illud in fine sextedecime figure huius tractatus. Et sectioni quidem mukefi non est nisi unus axis; sectioni uero diminute sunt duo axes intra ipsam; uerum addite est axis mugenib, et est ille, qui secat lineas ordinis secundum rectos angulos, siue ipse sit intra sectionem siue extra ipsam, siue pars eius intra sectionem et pars eius extra ipsam, et est ei axis alter erectus, et ostendam illud in sequentibus. Et non cadunt axes muzdeguege nisi in sectionibus oppositis et in diminutis. tamen et nominatur linea erecta linea, super quam possunt linee protracte ad diametrum secundum ordinem.

Hoc interpretationis fragmentum ex Arabico factum esse, ostendunt uocabula Arabica munani, mugenib, mukefi; et cum iis, quae Nixius de ordine codicum Arabicorum mecum communicauit (u. supra p. LXXI sq.), optime concordat. interpretatio, sicut tot aliae eiusdem generis, saeculo XII uel XIII facta est, fortasse a Gerardo Cremonensi, quoniam in codicibus cum operibus ab eo translatis coniungitur (u. Wüstenfeld Die Uebersetzungen arabischer Werke in das Lateinische p. 79).

Philelphus Primus codicem Graecum Conicorum ad occidentem adtulit Franciscus Philelphus. is enim e Graecia a. 1427 rediens in epistula ad Ambrosium Trauersari inter libros rariores, quos ex itinere reportauerat, etiam Apollonium Pergaeum nominat (epp. Ambrosii Trau. ed. Mehus XXIV, 32 p. 1010 Bononia id.

---

1. dyametri *B*. mugelnibi *C*, mugeben *B*. 2. eis] illis *BC*. est] *om. B*. ex] sn̄t ex *A*. 3. abbreuiata *B*. 4. dyameter *B*. Dyameter *B*. 5. secunda] *om. B*. est] *om. B*. in] ex *B*. 6. narrabo illud in fine] in fine illud variabo *B*. 7. sexdecime *C*, sedecime *B*. 8. mukesi *B*. sectionis *B*. 9. duo] *om. B*. ipsam] ipsum *B*. 11. sit] sint *B*. 12. eius *(pr.)*] *om. B*. ipsam] *om. B*. 14. muzdeguege] muzdognage *corr. in* muzdoguege *m. 2 C*, muzdagnagem *B*. 15. tamen] tm̄ *ABC*. et] *m. 2 C*, non *B*. linea] *m. 2 C*, *om. B*. linea] *om. B*. 16. possunt linee posite sunt linee *C*, linee posite sunt *B*. dyametrum *B*.

Iun. 1428). qui codex nisi periit, quod parum ueri simile est, aut V est aut v aut p, qui soli ex oriente asportati sunt.

Deinde saeculo XV cito codices Conicorum per Italiam describendo propagati sunt.

Primus fragmenta nonnulla e Graeco translata edidit Georgius Ualla De expetendis et fugiendis rebus (Uenet. 1501) XIII, 3 (de comica sectione!). ibi enim haec habet: Eutoc. II p. 168, 17—174, 17; Apollon. I deff. (his praemissis: caeterum quo sint quae dicuntur euidentiora); Eutoc. II p. 178, 18 ἔϑος — 184, 20; p. 186, 1—10; Apollon. I, 1, 3, 5, 17; II, 38, 39. haec e cod. Mutin. II D 4 petiuit Ualla, qui codex olim eius fuit. uidimus supra, eum e Uatic. 203 originem ducere; et Ualla saepius scripturas huius codicis proprias ob oculos habuit, uelut II p. 178, 25 ἐστι] om. v, non punctum unum modo problema facit Ualla; p. 182, 14 ἀλλ' ὡς — 16 *ZΘ*] bis v, Ualla; p. 182, 23 *BΔ*] *BΘ* v, *bh* Ualla. G. Ualla

Totius operis interpretationem primus e Graeco confecit Ioannes Baptista Memus patricius Uenetus et mathematicarum artium Uenetiis „lector publicus", quam e schedis eius edidit Ioannes Maria Memus nepos Uenetiis 1537. ex praefatione eius fol. 1^{u} haec adfero: cum post obitum Ioannis Baptistae Memi patrui mei viri etsi in omni scientiarum genere eruditissimi mathematicarum tamen huius aetatis facile principis .... Bibliothecam ipsius discurrerem, Apollonius Pergeus, Mathematicus inter graecos author grauissimus, ab ipso patruo meo [qui] extrema sua hac ingrauescente aetate, quasi alter Cato, literas graecas didicerat, latinitate donatus, in manus nostras inciderit, decreui, ne tam singularis foetus tamdiu abditus, tam studiosis necessarius, licet immaturus adhuc et praecox, abortiretur atque fatisceret, eum ipsum ... tibi [Marino Grimano] dicare cet. Memus

in mathematicis Memus non pauca, maxime in ordine litterarum, computatione recte deducta feliciter correxit et suppleuit, sed grauiora reliquit; et Graecae linguae, ut erat ὀψιμαϑής, non peritissimus erat; uelut uocabulum πορίζειν non nouit, cuius loco lacunam reliquit fol. 24^{u} (I p. 150, 2, 6) et fol. 25^{u} (I p. 154, 23, 26); idem fecit eadem de causa in διελόντι (I p. 62, 26; 94, 13; 116, 28) fol 10^{u}, 15^{u}, 19^{r}, in εἴδη (I p. 122, 18) fol. 20^{r}, in ἂν ληφϑῇ (I p. 118, 9; 120, 14) fol. 19^{u}, in καταχϑήσονται (I p. 172, 21) fol. 27^{u} cet. quo codice Graeco usus sit, nunc nequit pro certo adfirmari, sed cum Uenetiis doceret, ueri simile est, codicem Bessarionis (Marc. 518) ei praesto fuisse.

Maurolycus Seueram Memi censuram egit Franciscus Maurolycus, qui interpretationem Conicorum praeparauit, sed non edidit (u. Libri Histoire des sciences mathématiques en Italie III p. 233, ubi Maurolycus inter opera sua commemorat: Apollonii Pergaei Conica emendatissima, ubi manifestum erit, Io. Baptistam Memmium in eorum tralatione pueriles errores admisisse Mathematicae praesertim ignoratione deceptum).

Commandinus Optime de Apollonio meritus est F. Commandinus, qui a. 1566 Bononiae interpretationem latinam edidit additis lemmatis Pappi, commentariis Eutocii, notis suis. non modo plurimos errores uel tacite uel disertis uerbis emendauit, sed in primis commentario suo et propositiones ab Apollonio usurpatas indagando uiam ad Conica eius intellegenda primus omnium muniuit; u. praef.: cum in Archimedis et Ptolemaei libris aliquot interpretandis, qui sine conicorum doctrina nulla ratione percipi possunt, demonstrationes Apollonii multas adhibuerim, quae sine graeco libro, quod latinus corruptissimus sit, parum intelligantur, feci non inuitus ... primum ut Apollonium ipsum, quam planissime possem, conuerterem ... deinde uero ut Pappi lemmata atque Eutocii in Apollonium commentarios latinos facerem .... post autem ... eosdem etiam, ut omnia faciliora cognitu essent, propriis declarare commentariis uolui. in Eutocio eum cod. Urbin. 73 usum esse, supra demonstraui; in Apollonio uero, quae de codicibus suis dicit, tam pauca sunt, ut inde de eo nihil certi concludi possit. plures codices inspicere potuit (fol. 30^u in omnibus antiquis codicibus, quos uiderim; fol. 100^r sic habent graeci codices; fol. 109^r in graecis autem codicibus), sed plerumque uno contentus fuit (fol. 34^u, 65^r, 66^r, 67^r, 67^u, 85^u enim de Graeco exemplari uel codice loquitur; fol. 15^u, 16^u: Graeca uerba). hoc tantum constat, eum cod. V secutum non esse; nam fol. 85^u e codice Graeco citat $T\Sigma O$ I p. 374, 14, cum V $N\Sigma O$ habeat. fieri potest, ut cod. Uatic. 205 ei praesto fuerit; in titulis enim opusculorum Sereni habet „Sereni Antinsensis“, quae forma falsa primum in illo codice adparet (Σερήνου Ἀντινσέως); et descriptus est cod. 205, ut supra uidimus, ad usum hominum doctorum, ne ipse V, ut est laceratus, manibus tereretur. eum etiam cod. Marciano 518 usum esse, ostendit haec nota in inuentario codicum Marcianorum e bibliotheca commodatorum (Omont Deux registres

de prêts de mss., Paris 1888, p. 29): 1553, die 7 augusti .. cardinalis S. Angeli .. habuit .. librum Apolonis Pergei conicorum insertum Heliano de proprietatibus animalium et aliis autoribus per dominum Federicum suum familiarem (cfr. ibid. p. 28 nr. 125: Federicus Commandinus familiarius suae D. R^me^).*)

Cosimus de Noferi Commandini opera nisi sunt, quicunque postea Conica adtigerunt, quorum hi mihi innotuerunt: Codex scholae medicae Montepessulanae 167 continet Conica cum commentariis Eutocii et Commandini „ridotti dal latino nell' idioma italiano da Cosimo de Noferi ad instanza del S. Giov. Batt. Micatori Urbinate“ saec. XVII (Catalogue des mss. des départements I p. 352).

Richardus Apollonii Pergaei Conicorum libri IV cum commentariis Claudii Richardi, Antuerpiae 1655. Memum et Commandinum ipse commemorat ut auctores suos Admonit. ad lectorem sect. XV; cfr. ibid. sect. XVII: supponimus in hoc nostro Commentario numerum ordinemque propositionum librorum quatuor primorum Apollonii iuxta editionem Eutocii et versionem Latinam Federici Commandini, licet aestimemus, ut par est, alteram Memi Latinam versionem.

Bernhardus Editionem Graecam sub finem saeculi XVII moliebatur Edwardus Bernhardus, qui de subsidiis suis haec tradit (Fabricius Bibliotheca Graeca, Hamb. 1707, II p. 567): Apollonii Pergaei Conicorum libri VII. quatuor quidem priores Gr. Lat. ex versione Fr. Commandini, Bonon. 1566, collata cum versionibus Memmii et Maurolyci. Graece e cod. mss. Bibl. Savilianae et Bibl. Leidensis et cod. Regis Christianissimi 103. Labb. p. 271. Adnexis commentario Eutocii Lat. ex versione Commandini, et Graece ex cod. in Arch. Pembr. 169 atque notis D. Savilii et aliorum. Tres autem sequiores libri, scil. 5. 6. 7 (nam octavus iam olim periit) Arab. et Lat. ex translatione Arabica Beni Musa, qui editionem Eutocianam expressit, et nova versione Latina una cum notis Abdolmelic Arabis, qui Apollonii Con. libros septem in compendium redegit, ex cod. ms. Bodl. tum etiam notis Borelli mathematici egregii et

*) Codex restitutus est „1553, 6 novembris“. idem rursus a „die 21 octobris“ a. 1557 ad „diem 25 novembris“ apud Camillum Zaneti fuit (Omont l. c. nr. 131) et a „die 4 novembris“ a. 1555 ad Calendas Apriles 1556 apud Io. Bapt. Rasarium (Omont p. 35).

aliorum cum schematis et notis ex schedis D. Golii viri summi, haec cum lemmatis Pappi. Translatio Arabica Beni Musa ex cod. Bibl. Leidensis (qui etiam ms. optimae notae in Catalogo librorum mss. D. Golii τοῦ μακαρίτου apographum est) transscripta fuit. Golianus codex etiam quatuor priores Conic. libros exhibet, sicut et iste in Bibl. Florentina, quem latine vertit A. Echellensis non adeo feliciter.

haec igitur Bernhardi consilia fuerunt. quem narret codicem Graecum Leidensem Apollonii, nescio; hodie saltim non exstat. codex Regis 103 est Paris. 2357, ni fallor; nam praeter Mazarinaeum, de quo uix cogitari potest, ille solus e Parisinis etiam Serenum continet, quem Bernhardus ex eodem codice Regis petere uoluit (Fabricius l. c. II p. 568).

Halley Denique a. 1710 Oxoniae prodierunt Conica Graece per Edmundum Halley. ab initio ita comparatum fuerat, ut „Gregorius quatuor priores Conicorum libros cum Eutocii Commentariis Graece Latineque prelo pararet, atque ipse tres posteriores ex Arabico in Latinum sermonem verterem“ (praef. p. 1). sed dum ille „Graecis accurandis Latinaeque versioni Commandini corrigendae ... incumbit“, subito mortuus est, et Halleius iam solus laborem edendi suscepit (praef. p. 2). in Graecis Apollonii recensendis „ad manus erat codex e Bibliotheca Savilii mathematica praestantissimi istius viri calamo hinc illinc non leviter emendatus“, idem scilicet, quem significat Bernhardus. „et paulo post“ inquit „accessit alter benigne nobiscum a rev. D. Baynard communicatus; sed eadem fere utrisque communia erant vitia, utpote ex eodem codice, ut videtur, descriptis. ad Eutocium quidem publicandum non aliud repertum est exemplar Graecum praeter Baroccianum in Bibliotheca Bodleiana adservatum“. quos hic commemorat codices, ubi lateant, nescio; in bibliotheca Bodleiana equidem nullum codicem uel Apollonii uel Eutocii inueni praeter Canon. 106, qui anno demum 1817 Uenetiis eo peruenit. sed hoc quidem constat, uel Sauilium uel Halleium codicem habuisse e Paris. 2356 descriptum; nam pleraeque adnotationes et interpolationes Montaurei, quas supra p. XVII sq. ex illo codice adtuli, ab Halleio receptae sunt (3, 4, 5, 6, 7, 9, 10, 11 et paullum mutatae 8, 13). his correcturis ueri simile est et Sauilium et Halleium suas quemque addidisse; sed quantum cuique debeatur, parum interest. ex iis, quae editio Halleiana propria habet, pauca recepi, ueri non dissimilia quaedam in

notis commemoraui, interpolationes inutiles ne notaui quidem, nunc etiam magis inutiles, quoniam tandem ad codices reditum est.

in libris V—VII edendis Halleius usus est „apographo Bodleiano codicis Arabici ex versione satis antiqua a Thebit ben Corah facta, sed annis abhinc circiter CCCCL a Nasir-Eddin recensita“ (praef. p. 2), h. e. Bodl. 885, adhibitis etiam compendio Abdulmelikii (Bodl. 913, quem Rauius ex oriente asportauerat) et editione Borellii. opere demum perfecto Narcissus Marsh archiepiscopus Armachanus ex Hibernia „exemplar Golianum antiquissimum, quod ab heredibus Golii redemerat“ (h. e. Bodl. 943, u. Nix p. 10) transmisit, de quo Halleius praef. p. 2: „ex hoc optimae notae codice, qui septem Apollonii libros complexus est, non solum versionem meam recensui et a mendis nonnullis liberaui, sed et lacunas aliquot, quae passim fere etiam in Graecis occurrebant, supplevi“.

Post Halleium nihil ad uerba Apollonii emendanda effectum est; nam Balsam, qui a. 1861 Berolini interpretationem Germanicam edidit Halleium maxime secutus, rem criticam non curauit.

APOLLONII CONICA.

ΚΩΝΙΚΩΝ δ'.

Ἀπολλώνιος Ἀττάλῳ χαίρειν.

Πρότερον μὲν ἐξέθηκα γράψας πρὸς Εὔδημον τὸν Περγαμηνὸν τῶν συντεταγμένων ἡμῖν κωνικῶν ἐν ὀκτὼ βιβλίοις τὰ πρῶτα τρία, μετηλλαχότος δ' ἐκείνου τὰ λοιπὰ διεγνωκότες πρός σε γράψαι διὰ τὸ φιλοτιμεῖσθαί σε μεταλαμβάνειν τὰ ὑφ' ἡμῶν πραγματευόμενα πεπόμφαμεν ἐπὶ τοῦ παρόντος σοι τὸ τέταρτον. περιέχει δὲ τοῦτο, κατὰ πόσα σημεῖα πλεῖστα δυνατόν ἐστι τὰς τῶν κώνων τομὰς ἀλλήλαις τε καὶ τῇ τοῦ κύκλου περιφερείᾳ συμβάλλειν, ἐάνπερ μὴ ὅλαι ἐπὶ ὅλας ἐφαρμόζωσιν, ἔτι κώνου τομὴ καὶ κύκλου περιφέρεια ταῖς ἀντικειμέναις κατὰ πόσα σημεῖα πλεῖστα συμβάλλουσι, καὶ ἐκτὸς τούτων ἄλλα οὐκ ὀλίγα ὅμοια τούτοις. τούτων δὲ τὸ μὲν προειρημένον Κόνων ὁ Σάμιος ἐξέθηκε πρὸς Θρασυδαῖον οὐκ ὀρθῶς ἐν ταῖς ἀποδείξεσιν ἀναστραφείς· διὸ καὶ μετρίως αὐτοῦ ἀνθήψατο Νικοτέλης ὁ Κυρηναῖος. περὶ δὲ τοῦ δευτέρου μνείαν μόνον πεποίηται ὁ Νικοτέλης σὺν τῇ πρὸς τὸν Κόνωνα ἀντιγραφῇ ὡς δυναμένου δειχθῆναι, δεικνυμένῳ δὲ οὔτε ὑπ' αὐτοῦ τούτου οὔθ' ὑπ' ἄλλου τινὸς ἐντετεύχαμεν. τὸ μέντοι τρίτον καὶ τὰ ἄλλα τὰ ὁμο-

---

1. *Ἀπολλωνίου Περγαίου κωνικῶν γ* (*δ*¯ον m. 2) *ἐκδόσεως Εὐτοκίου Ἀσκαλωνίτου εὐτυχῶς* m. 1 V. 15. *Κώνων* V, corr. p et m. rec. V. 16. *Θρασύδαιον* V, *θρασυδαρ*' p. 18. *Νικοτελής* Vp, ut. lin. 19. 19. *σύν*] *ἐν* Halley cum Comm. 20. *Κώνωνα* V, corr. p et m. rec. V.

CONICORUM LIBER IV.

Apollonius Attalo s.

Prius conicorum a nobis in octo libris conscriptorum primos tres exposui ad Eudemum Pergamenum eos mittens, illo autem mortuo reliquos ad te mittere statuimus, et quia uehementer desideras accipere, quae elaboraui, in praesenti quartum librum tibi misimus. is autem continet, in quot punctis summum fieri possit ut sectiones conorum inter se et cum ambitu circuli concurrant, ita ut non totae cum totis concidant, praeterea in quot punctis summum coni sectio et ambitus circuli cum sectionibus oppositis concurrant, et praeter haec alia non pauca his similia. horum autem quod primo loco posui, Conon Samius ad Thrasydaeum exposuit in demonstrationibus non recte uersatus; quare etiam Nicoteles Cyrenaeus suo iure eum uituperauit. alterum autem Nicoteles simul cum impugnatione Cononis obiter commemorauit tantum demonstrari posse contendens, sed nec ab eo ipso nec ab alio quoquam demonstratum inueni. tertium*) uero et cetera eius-

---

*) Tria illa, quae significat Apollonius, haec sunt: in quot punctis concurrant 1) sectiones coni inter se uel cum circulo, 2) sectiones coni cum oppositis, 3) circulus cum sectionibus oppositis; cfr. I p. 4, 20. Itaque opus non est cum Halleio post *συμβάλλουσι* lin. 14 interponere *καὶ ἔτι ἀντικείμεναι ἀντικειμέναις*. similiter Commandinus lin. 12 sq. habet: praeterea coni sectio et circuli circumferentia et oppositae sectiones oppositis sectionibus.

γενῆ τούτοις ἁπλῶς ὑπὸ οὐδενὸς νενοημένα εὕρηκα. πάντα δὲ τὰ λεχθέντα, ὅσοις οὐκ ἐντέτευχα, πολλῶν καὶ ποικίλων προσεδεῖτο ξενιζόντων θεωρημάτων, ὧν τὰ μὲν πλεῖστα τυγχάνω ἐν τοῖς πρώτοις τρισὶ βιβλίοις ἐκτεθεικώς, τὰ δὲ λοιπὰ ἐν τούτῳ. ταῦτα δὲ θεωρηθέντα χρείαν ἱκανὴν παρέχεται πρός τε τὰς τῶν προβλημάτων συνθέσεις καὶ τοὺς διορισμούς. Νικοτέλης μὲν γὰρ ἕνεκα τῆς πρὸς τὸν Κόνωνα διαφορᾶς οὐδεμίαν ὑπὸ τῶν ἐκ τοῦ Κόνωνος εὑρημένων εἰς τοὺς διορισμούς φησιν ἔρχεσθαι χρείαν οὐκ ἀληθῆ λέγων· καὶ γὰρ εἰ ὅλως ἄνευ τούτων δύναται κατὰ τοὺς διορισμοὺς ἀποδίδοσθαι, ἀλλά τοί γε δι᾽ αὐτῶν ἔστι κατανοεῖν προχειρότερον ἔνια, οἷον ὅτι πλεοναχῶς ἢ τοσαυταχῶς ἂν γένοιτο, καὶ πάλιν ὅτι οὐκ ἂν γένοιτο· ἡ δὲ τοιαύτη πρόγνωσις ἱκανὴν ἀφορμὴν συμβάλλεται πρὸς τὰς ζητήσεις, καὶ πρὸς τὰς ἀναλύσεις δὲ τῶν διορισμῶν εὔχρηστα τὰ θεωρήματά ἐστι ταῦτα. χωρὶς δὲ τῆς τοιαύτης εὐχρηστίας καὶ δι᾽ αὐτὰς τὰς ἀποδείξεις ἄξια ἔσται ἀποδοχῆς· καὶ γὰρ ἄλλα πολλὰ τῶν ἐν τοῖς μαθήμασι διὰ τοῦτο καὶ οὐ δι᾽ ἄλλο τι ἀποδεχόμεθα.

α΄.

Ἐὰν κώνου τομῆς ἢ κύκλου περιφερείας ληφθῇ τι σημεῖον ἐκτός, καὶ ἀπ᾽ αὐτοῦ τῇ τομῇ προσπίπτωσι δύο εὐθεῖαι, ὧν ἡ μὲν ἐφάπτεται, ἡ δὲ τέμνει κατὰ δύο σημεῖα, καὶ ὃν ἔχει λόγον ὅλη ἡ τέμνουσα πρὸς τὴν ἐκτὸς ἀπολαμβανομένην μεταξὺ τοῦ τε σημείου καὶ τῆς γραμμῆς, τοῦτον τμηθῇ ἡ ἐντὸς ἀπολαμβανο-

1. εὕρηκ— V, ευρ euan.; „εὕρηκα sic in apographo“ mg. m. rec. 3. ποικίλλων V. ξενίζων τῶν V; corr. cp. 9. ὑπό] ἐκ Halley. ἐκ] ὑπό Halley. 12. ἀποδίδοσθαι V.

dem generis a nullo prorsus excogitata repperi. omnia autem, quae diximus, quae quidem demonstrata non inuenerimus, multa et uaria flagitabant theoremata mirifica, quorum pleraque in primis tribus libris exposui, reliqua autem in hoc. haec uero perspecta usum satis magnum et ad compositiones problematum et ad determinationes praebent. Nicoteles enim propter suam cum Conone controuersiam negauit, ullum ab iis, quae Conon repperisset, ad determinationes usum proficisci, sed fallitur; nam etsi his omnino non usurpatis in determinationibus plene exponi possunt, attamen quaedam facilius per ea perspici possunt, uelut problema compluribus modis uel tot modis effici posse aut rursus non posse; et eius modi praeuia cognitio ad quaestiones satis magnum praebet adiumentum, et etiam ad analyses determinationum utilia sunt haec theoremata. uerum hac utilitate omissa etiam propter ipsas demonstrationes comprobatione digna erunt; nam etiam alia multa in mathematicis hac de causa nec de alia ulla comprobamus.

I.

Si extra coni sectionem uel ambitum circuli punctum aliquod sumitur, et ab eo ad sectionem duae rectae adcidunt, quarum altera contingit, altera in duobus punctis secat, et quam rationem habet tota recta secans ad partem extrinsecus inter punctum lineamque abscisam, secundum hanc recta intus abscisa secatur,

17. διορισμῶν] ὁρισμῶν Vp; corr. Halley. 22. α΄] p, m. rec. V. 25. ἐφάπτηται V; corr. p. 26. δύο] $\bar{\beta}$ V. 28. τοῦτον] εἰς τοῦτον Halley.

μένη εὐθεῖα ὥστε τὰς ὁμολόγους εὐθείας πρὸς τῷ αὐτῷ σημείῳ εἶναι, ἡ ἀπὸ τῆς ἁφῆς ἐπὶ τὴν διαίρεσιν ἀγομένη εὐθεῖα συμπεσεῖται τῇ γραμμῇ, καὶ ἡ ἀπὸ τῆς συμπτώσεως ἐπὶ τὸ ἐκτὸς σημεῖον ἀγομένη εὐθεῖα ἐφάπτεται τῆς γραμμῆς.

ἔστω γὰρ κώνου τομὴ ἢ κύκλου περιφέρεια ἡ ΑΒΓ, καὶ εἰλήφθω τι σημεῖον ἐκτὸς τὸ Δ, καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἡ μὲν ΔΒ ἐφαπτέσθω κατὰ τὸ Β, ἡ δὲ ΔΕΓ τεμνέτω τὴν τομὴν κατὰ τὰ Ε, Γ, καὶ ὃν ἔχει λόγον ἡ ΓΔ πρὸς ΔΕ, τοῦτον ἐχέτω ἡ ΓΖ πρὸς ΖΕ.

λέγω, ὅτι ἡ ἀπὸ τοῦ Β ἐπὶ τὸ Ζ ἀγομένη συμπίπτει τῇ τομῇ, καὶ ἡ ἀπὸ τῆς συμπτώσεως ἐπὶ τὸ Δ ἐφάπτεται τῆς τομῆς.

[ἐπεὶ οὖν ἡ ΔΓ τέμνει τὴν τομὴν κατὰ δύο σημεῖα, οὐκ ἔσται διάμετρος αὐτῆς. δυνατὸν ἄρα ἐστὶ διὰ τοῦ Δ διάμετρον ἀγαγεῖν· ὥστε καὶ ἐφαπτομένην.] ἤχθω γὰρ ἀπὸ τοῦ Δ ἐφαπτομένη τῆς τομῆς ἡ ΔΑ, καὶ ἐπιζευχθεῖσα ἡ ΒΑ τεμνέτω τὴν ΕΓ, εἰ δυνατόν, μὴ κατὰ τὸ Ζ, ἀλλὰ κατὰ τὸ Η. ἐπεὶ οὖν ἐφάπτονται αἱ ΒΔ, ΔΑ, καὶ ἐπὶ τὰς ἁφάς ἐστιν ἡ ΒΑ, καὶ διῆκται ἡ ΓΔ τέμνουσα τὴν μὲν τομὴν κατὰ τὰ Γ, Ε, τὴν δὲ ΑΒ κατὰ τὸ Η, ἔσται ὡς ἡ ΓΔ πρὸς ΔΕ, ἡ ΓΗ πρὸς ΗΕ· ὅπερ ἄτοπον· ὑπόκειται γάρ, ὡς ἡ ΓΔ πρὸς ΔΕ, ἡ ΓΖ πρὸς ΖΕ. οὐκ ἄρα ἡ ΒΑ καθ' ἕτερον σημεῖον τέμνει τὴν ΓΕ· κατὰ τὸ Ζ ἄρα.

5. ἐφάψεται p et Halley. 6. ἢ] p, ἡ V. 16. ἐφαπτομένη v et comp. dubio V; corr. pc. 21. τά] τό V, corr. p. 23. ΗΕ] ΗΒ Vp, corr. Memus.

ita ut rectae correspondentes ad idem punctum sint, recta a puncto contactus ad punctum diuisionis ducta cum linea concurret, et recta a puncto concursus ad punctum extrinsecus positum ducta lineam contingit.

sit enim ΑΒΓ coni sectio uel arcus circuli, et punctum aliquod Δ extrinsecus sumatur, ab eoque ΔΒ contingat in Β, ΔΕΓ autem sectionem in Ε, Γ secet, et sit $\Gamma Z : ZE = \Gamma\Delta : \Delta E$.



dico, rectam a Β ad Ζ ductam cum sectione concurrere et rectam a puncto concursus ad Δ ductam sectionem contingere.

ducatur[1]) enim a Δ sectionem contingens ΔΑ, et ducta ΒΑ rectam ΕΓ, si fieri potest, in Ζ ne secet, sed in Η. quoniam igitur ΒΔ, ΔΑ contingunt, et ΒΑ ad puncta contactus ducta est, ΓΔ autem sectionem in Γ, Ε, ΑΒ autem in Η secans ducta est, erit [III, 37] $\Gamma\Delta : \Delta E = \Gamma H : HE$; quod absurdum est; supposuimus enim, esse $\Gamma\Delta : \Delta E = \Gamma Z : ZE$. itaque ΒΑ rectam ΓΕ in alio puncto non secat. ergo in Ζ secat.

1) Quae praemittuntur uerba lin. 14–16, subditiua sunt. nam primum falsa sunt (quare pro ἔσται Halley scripsit οὖσα sine ulla probabilitate), deinde, etiamsi bene se haberent omnia, inutilia sunt; denique γάρ lin. 17, quod initio demonstrationis recte collocatur, post prooemium illud absurdum est. hoc sentiens scriptor librarius codicis p γάρ omisit lin. 17 et lin. 14 οὖν in γάρ mutauit.

β'.

Ταῦτα μὲν κοινῶς ἐπὶ πασῶν τῶν τομῶν δείκνυται, ἐπὶ δὲ τῆς ὑπερβολῆς μόνης· ἐὰν ἡ μὲν ΔΒ ἐφάπτηται, ἡ δὲ ΔΓ τέμνῃ κατὰ δύο σημεῖα τὰ Ε, Γ, τὰ δὲ Ε, Γ περιέχῃ τὴν κατὰ τὸ Β ἁφήν, καὶ τὸ Δ σημεῖον ἐντὸς ᾖ τῆς ὑπὸ τῶν ἀσυμπτώτων περιεχομένης γωνίας, ὁμοίως ἡ ἀπόδειξις γενήσεται· δυνατὸν γὰρ ἀπὸ τοῦ Δ σημείου ἄλλην ἐφαπτομένην ἀγαγεῖν εὐθεῖαν τὴν ΔΑ καὶ τὰ λοιπὰ τῆς ἀποδείξεως ὁμοίως ποιεῖν.

γ'.

Τῶν αὐτῶν ὄντων τὰ Ε, Γ σημεῖα μὴ περιεχέτωσαν τὴν κατὰ τὸ Β ἁφὴν μεταξὺ αὐτῶν, τὸ δὲ Δ σημεῖον ἐντὸς ἔστω τῆς ὑπὸ τῶν ἀσυμπτώτων περιεχομένης γωνίας. δυνατὸν ἄρα ἀπὸ τοῦ Δ ἑτέραν ἐφαπτομένην ἀγαγεῖν τὴν ΔΑ καὶ τὰ λοιπὰ ὁμοίως ἀποδεικνύειν.

δ'.

Τῶν αὐτῶν ὄντων ἐὰν αἱ μὲν Ε, Γ συμπτώσεις τὴν κατὰ τὸ Β ἁφὴν περιέχωσι, τὸ δὲ Δ σημεῖον ᾖ ἐν τῇ ἐφεξῆς γωνίᾳ τῆς ὑπὸ τῶν ἀσυμπτώτων περιεχομένης, ἡ ἀπὸ τῆς ἁφῆς ἐπὶ τὴν διαίρεσιν ἀγομένη εὐθεῖα συμπεσεῖται τῇ ἀντικειμένῃ τομῇ, καὶ ἡ ἀπὸ τῆς συμπτώσεως ἀγομένη εὐθεῖα ἐφάψεται τῆς ἀντικειμένης.

---

1. β'] vp, om. V. 5. τήν] p, om. V. 10. γ'] p, om. Vv. 12. τὸ δέ] scripsi cum Memo, τό V, καὶ τό p. 13. ἔσται V; corr. p. 16. δ'] p, om. V, γ' v. 21. συμπεσῆται V; corr. pc.

II.

Haec quidem communiter in omnibus sectionibus demonstrantur, in hyperbola autem sola hocce: si ΔB contingit, ΔΓ autem in duobus punctis E, Γ secat, et puncta E, Γ punctum contactus B continent, et punctum Δ intra angulum ab asymptotis comprehensum positum est, demonstratio similiter conficietur; nam fieri potest, ut a Δ puncto aliam rectam contingentem ΔA ducamus et reliquam demonstrationem similiter conficiamus.

III.

Iisdem positis puncta E, Γ punctum contactus B inter se ne contineant, punctum autem Δ intra angulum ab asymptotis comprehensum positum sit. itaque fieri potest, ut a Δ aliam contingentem ducamus ΔA et reliqua similiter demonstremus.



IV.

Iisdem positis si puncta concursus E, Γ punctum contactus B continent, Δ autem punctum in angulo positum est, qui angulo ab asymptotis comprehenso deinceps positus est, recta a puncto contactus ad punctum diuisionis ducta cum sectione opposita concurret, et recta a puncto concursus ducta oppositam continget.

ἔστωσαν ἀντικείμεναι αἱ $Β$, $Θ$ καὶ ἀσύμπτωτοι αἱ $ΚΛ$, $ΜΞΝ$ καὶ τὸ $Δ$ σημεῖον ἐν τῇ ὑπὸ $ΛΞΝ$ γωνίᾳ, καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἐφαπτέσθω μὲν ἡ $ΔΒ$, τεμνέτω δὲ ἡ $ΔΓ$, καὶ αἱ $Ε$, $Γ$ συμπτώσεις περιεχέτωσαν τὴν $Β$ ἁφήν, καὶ ὃν ἔχει λόγον ἡ $ΓΔ$ πρὸς $ΔΕ$, ἐχέτω ἡ $ΓΖ$ πρὸς $ΖΕ$.

δεικτέον, ὅτι ἡ ἀπὸ τοῦ $Β$ ἐπὶ τὸ $Ζ$ ἐπιζευγνυμένη συμπεσεῖται τῇ $Θ$ τομῇ, καὶ ἡ ἀπὸ τῆς συμπτώσεως ἐπὶ τὸ $Δ$ ἐφάψεται τῆς τομῆς.

ἤχθω γὰρ ἀπὸ τοῦ $Δ$ ἐφαπτομένη τῆς τομῆς ἡ $ΔΘ$, καὶ ἐπιζευχθεῖσα ἡ $ΘΒ$ πιπτέτω, εἰ δυνατόν, μὴ διὰ τοῦ $Ζ$, ἀλλὰ διὰ τοῦ $Η$. ἔστιν ἄρα, ὡς ἡ $ΓΔ$ πρὸς $ΔΕ$, ἡ $ΓΗ$ πρὸς $ΗΕ$· ὅπερ ἄτοπον· ὑπόκειται γάρ, ὡς ἡ $ΓΔ$ πρὸς $ΔΕ$, ἡ $ΓΖ$ πρὸς $ΖΕ$.

ε'.

Τῶν αὐτῶν ὄντων ἐὰν τὸ $Δ$ σημεῖον ἐπί τινος ᾖ τῶν ἀσυμπτώτων, ἡ ἀπὸ τοῦ $Β$ ἐπὶ τὸ $Ζ$ ἀγομένη παράλληλος ἔσται τῇ αὐτῇ ἀσυμπτώτῳ.



ὑποκείσθω γὰρ τὰ αὐτά, καὶ τὸ $Δ$ σημεῖον ἔστω ἐπὶ μιᾶς τῶν ἀσυμπτώτων τῆς $ΜΝ$. δεικτέον, ὅτι ἡ ἀπὸ τοῦ $Β$ τῇ $ΜΝ$ παράλληλος ἀγομένη ἐπὶ τὸ $Ζ$ πεσεῖται.

15. ε'] p, om. V, δ' v; et sic deinceps. 17. τῶν ἀ- bis V in extr. et init. pag.; corr. pc.

sint oppositae B, Θ asymptotaeque $K\Lambda$, $M\Xi N$, punctum autem Δ in angulo $\Lambda\Xi N$ positum, ab eo-



que contingat ΔB, secet autem $\Delta\Gamma$, et puncta concursus E, Γ punctum contactus B contineant, sit autem $\Gamma Z : ZE = \Gamma\Delta : \Delta E$.

demonstrandum, rectam a B ad Z ductam cum sectione Θ concurrere, rectamque a puncto concursus ad Δ ductam sectionem contingere.

ducatur enim a Δ sectionem contingens $\Delta\Theta$, et ducta ΘB, si fieri potest, per Z ne cadat, sed per H. itaque [III, 37] $\Gamma\Delta : \Delta E = \Gamma H : HE$; quod absurdum est; supposuimus enim, esse $\Gamma\Delta : \Delta E = \Gamma Z : ZE$.

V.

Iisdem positis si Δ punctum in alterutra asymptotarum est, recta a B ad Z ducta eidem asymptotae parallela erit.

supponantur enim eadem, et punctum Δ in alterutra asymptotarum MN sit. demonstrandum, rectam a B rectae MN parallelam ductam in Z cadere.

μὴ γάρ, ἀλλ', εἰ δυνατόν, ἔστω ἡ BH. ἔσται δή, ὡς ἡ $\Gamma\Delta$ πρὸς ΔE, ἡ ΓH πρὸς HE· ὅπερ ἀδύνατον.

ϛ'.

Ἐὰν ὑπερβολῆς ληφθῇ τι σημεῖον ἐκτός, καὶ ἀπ' αὐτοῦ πρὸς τὴν τομὴν διαχθῶσι δύο εὐθεῖαι, ὧν ἡ μὲν ἐφάπτεται, ἡ δὲ παράλληλος [ᾖ] μιᾷ τῶν ἀσυμπτώτων, καὶ τῇ ἀπολαμβανομένῃ ἀπὸ τῆς παραλλήλου μεταξὺ τῆς τομῆς καὶ τοῦ σημείου ἴση ἐπ' εὐθείας ἐντὸς τῆς τομῆς τεθῇ, ἡ ἀπὸ τῆς ἁφῆς ἐπὶ τὸ γινόμενον σημεῖον ἐπιζευγνυμένη εὐθεῖα συμπεσεῖται τῇ τομῇ, καὶ ἡ ἀπὸ τῆς συμπτώσεως ἐπὶ τὸ ἐκτὸς σημεῖον ἀγομένη ἐφάψεται τῆς τομῆς.

ἔστω ὑπερβολὴ ἡ AEB, καὶ εἰλήφθω τι σημεῖον ἐκτὸς τὸ Δ, καὶ ἔστω πρότερον ἐντὸς τῆς ὑπὸ τῶν ἀσυμπτώτων περιεχομένης γωνίας τὸ Δ, καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἡ μὲν $B\Delta$ ἐφαπτέσθω, ἡ δὲ ΔEZ παράλληλος ἔστω τῇ ἑτέρᾳ τῶν ἀσυμπτώτων, καὶ κείσθω τῇ ΔE ἴση ἡ EZ. λέγω, ὅτι ἡ ἀπὸ τοῦ B ἐπὶ τὸ Z ἐπιζευγνυμένη συμπεσεῖται τῇ τομῇ, καὶ ἡ ἀπὸ τῆς συμπτώσεως ἐπὶ τὸ Δ ἐφάψεται τῆς τομῆς.

ἤχθω γὰρ ἐφαπτομένη τῆς τομῆς ἡ ΔA, καὶ ἐπιζευχθεῖσα ἡ BA τεμνέτω τὴν ΔE, εἰ δυνατόν, μὴ κατὰ τὸ Z, ἀλλὰ καθ' ἕτερόν τι τὸ H. ἔσται δὴ ἴση ἡ ΔE τῇ EH· ὅπερ ἄτοπον· ὑπόκειται γὰρ ἡ ΔE τῇ EZ ἴση.

---

2. HE] p, ΓE V. 5. δύο] $\bar{\beta}$ V. 6. ἐφάπτηται p. ᾖ] Vp; deleo.

ne cadat enim, sed, si fieri potest, sit BH. itaque erit [III, 35]

$$\Gamma\Delta : \Delta E = \Gamma H : HE;$$

quod fieri non potest.

VI.

Si extra hyperbolam punctum aliquod sumitur, ab eoque ad sectionem duae rectae perducuntur, quarum altera contingit, altera alterutri asymptotarum parallela est, et rectae de parallelo inter sectionem punctumque abscisae aequalis recta in ea producta intra sectionem ponitur, recta a puncto contactus ad punctum ita ortum ducta cum sectione concurret, et recta a puncto concursus ad punctum extrinsecus positum ducta sectionem continget.

sit hyperbola AEB, et extrinsecus sumatur punctum aliquod Δ, et prius Δ positum sit intra angulum ab asymptotis comprehensum, ab eoque contingat $B\Delta$, ΔEZ autem alteri asymptotae sit parallela, ponaturque $EZ = \Delta E$. dico, rectam a B ad Z ductam cum sectione concurrere, et rectam a puncto concursus ad Δ ductam sectionem contingere.



ducatur enim ΔA sectionem contingens, et ducta BA, si fieri potest, rectam ΔE in Z ne secet, sed in alio puncto H. erit igitur $\Delta E = EH$ [III, 30]; quod absurdum est; supposuimus enim, esse

$$\Delta E = EZ.$$

ζʹ.

Τῶν αὐτῶν ὄντων τὸ Δ σημεῖον ἔστω ἐν τῇ ἐφεξῆς γωνίᾳ τῆς ὑπὸ τῶν ἀσυμπτώτων περιεχομένης. λέγω, ὅτι καὶ οὕτως τὰ αὐτὰ συμβήσεται.



ἤχθω γὰρ ἐφαπτομένη ἡ ΔΘ, καὶ ἐπιζευχθεῖσα ἡ ΘΒ πιπτέτω, εἰ δυνατόν, μὴ διὰ τοῦ Ζ, ἀλλὰ διὰ τοῦ Η. ἴση ἄρα ἐστὶν ἡ ΔΕ τῇ ΕΗ· ὅπερ ἄτοπον· ὑπόκειται γὰρ ἡ ΔΕ τῇ ΕΖ ἴση.

ηʹ.

Τῶν αὐτῶν ὄντων ἔστω τὸ Δ σημεῖον ἐπὶ μιᾶς τῶν ἀσυμπτώτων, καὶ τὰ λοιπὰ γινέσθω τὰ αὐτά.

λέγω, ὅτι ἡ ἀπὸ τῆς ἁφῆς ἐπ' ἄκραν τὴν ἀπολῃφθεῖσαν ἀγομένη παράλληλος ἔσται τῇ ἀσυμπτώτῳ, ἐφ' ἧς ἔσται τὸ Δ σημεῖον.

ἔστω γὰρ τὰ εἰρημένα, καὶ κείσθω τῇ ΔΕ ἴση ἡ ΕΖ, καὶ ἀπὸ τοῦ Β παράλληλος τῇ ΜΝ ἤχθω, εἰ δυνατόν, ἡ ΒΗ. ἴση ἄρα ἡ ΔΕ τῇ ΕΗ· ὅπερ ἄτοπον· ὑπόκειται γὰρ ἡ ΔΕ τῇ ΕΖ ἴση.

θʹ.

Ἐὰν ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ σημείου δύο εὐθεῖαι ἀχθῶσι τέμνουσαι κώνου τομὴν ἢ κύκλου περιφέρειαν ἑκατέρα κατὰ δύο σημεῖα, καὶ ὡς ἔχουσιν αἱ ὅλαι πρὸς τὰς

25. δύο] β̄ V. 27. δύο] β̄ V.

VII.

Iisdem positis punctum Δ in angulo positum sit, qui angulo ab asymptotis comprehenso deinceps est positus. dico, sic quoque eadem adcidere.

ducatur enim contingens $\Delta\Theta$, et ducta ΘB, si fieri potest, per Z ne cadat, sed per H. erit igitur $\Delta E = EH$; quod absurdum est; supposuimus enim, esse $\Delta E = EZ$.

VIII.

Iisdem positis punctum Δ in alterutra asymptotarum positum sit, et cetera eadem sint.



dico, rectam a puncto contactus ad extremam rectam abscisam ductam ei asymptotae parallelam esse, in qua positum sit punctum Δ.

sint enim ea, quae diximus, et ponatur

$$EZ = \Delta E,$$

et a B rectae MN parallela ducatur, si fieri potest, BH. itaque $\Delta E = EH$ [III, 34]; quod absurdum est; supposuimus enim, esse $\Delta E = EZ$.

IX.

Si ab eodem puncto duae rectae ducuntur coni sectionem uel arcum circuli singulae in binis punctis secantes, et ut totae se habent ad partes extrinsecus ἐκτὸς ἀπολαμβανομένας, οὕτως αἱ ἐντὸς ἀπολαμβανόμεναι διαιρεθῶσιν, ὥστε τὰς ὁμολόγους πρὸς τῷ αὐτῷ σημείῳ εἶναι, ἡ διὰ τῶν διαιρέσεων ἀγομένη εὐθεῖα συμπεσεῖται τῇ τομῇ κατὰ δύο σημεῖα, καὶ αἱ ἀπὸ τῶν συμπτώσεων ἐπὶ τὸ ἐκτὸς σημεῖον ἀγόμεναι ἐφάψονται τῆς γραμμῆς.

ἔστω γὰρ τῶν προειρημένων γραμμῶν τις ἡ AB, καὶ ἀπό τινος σημείου τοῦ Δ διήχθωσαν αἱ ΔE, ΔZ τέμνουσαι τὴν γραμμὴν ἡ μὲν κατὰ τὰ Θ, E, ἡ δὲ κατὰ τὰ Z, H, καὶ ὃν μὲν ἔχει λόγον ἡ ΔE πρὸς $\Theta\Delta$, τοῦτον ἐχέτω ἡ $E\Lambda$ πρὸς $\Lambda\Theta$, ὃν δὲ ι ΔZ πρὸς ΔH, ἡ ZK πρὸς KH. λέγω, ὅτι ἡ ἀπὸ τοῦ Λ ἐπὶ τὸ K ἐπιζευγνυμένη συμπεσεῖται ἐφ' ἑκάτερα τῇ τομῇ, καὶ αἱ ἀπὸ τῶν συμπτώσεων ἐπὶ τὸ Δ ἐπιζευγνύμεναι ἐφάψονται τῆς τομῆς.

ἐπεὶ γὰρ αἱ $E\Delta$, $Z\Delta$ ἑκατέρα κατὰ δύο σημεῖα τέμνει την τομήν, δυνατόν ἐστιν ἀπὸ τοῦ Δ διάμετρον ἀγαγεῖν τῆς τομῆς· ὥστε καὶ ἐφαπτομένας ἐφ' ἑκάτερα. ἤχθωσαν ἐφαπτόμεναι αἱ ΔB, ΔA, καὶ ἐπιζευχθεῖσα ἡ BA, εἰ δυνατόν, μὴ ἐρχέσθω διὰ τῶν Λ, K, ἀλλ' ἤτοι διὰ τοῦ ἑτέρου αὐτῶν ἢ δι' οὐδετέρου.

ἐρχέσθω πρότερον διὰ μόνου τοῦ Λ καὶ τεμνέτω τὴν ZH κατὰ τὸ M. ἔστιν ἄρα, ὡς ἡ $Z\Delta$ πρὸς ΔH, ἡ ZM πρὸς MH· ὅπερ ἄτοπον· ὑπόκειται γάρ, ὡς ἡ $Z\Delta$ πρὸς ΔH, ἡ ZK πρὸς KH.

ἐὰν δὲ ἡ BA μηδὲ δι' ἑτέρου τῶν Λ, K πορεύηται, ἐφ' ἑκατέρας τῶν ΔE, ΔZ συμβήσεται τὸ ἄτοπον.

---

6. γραμμῆς] c, corr. ex τομῆς m. 1 V. 12. K] p, KE V. 26. Λ] p, A V. 27. ΔE, ΔZ] p; ΔE, EZ V.

abscisas, ita partes intus abscisae diuiduntur, ita ut partes correspondentes ad idem punctum positae sint, recta per puncta diuisionis ducta cum sectione in duobus punctis concurret, et rectae a punctis concursus ad punctum extrinsecus positum ductae lineam contingent.

sit enim AB aliqua linearum, quas diximus, et a puncto aliquo Δ perducantur ΔE, ΔZ lineam secantes altera in Θ, E, altera autem in Z, H, sitque

$$\Delta E : \Theta\Delta = E\Lambda : \Lambda\Theta,\ \Delta Z : \Delta H = ZK : KH.$$

dico, rectam ab Λ ad K ductam in utramque partem cum sectione concurrere, et rectas a punctis concursus ad Δ ductas sectionem contingere.



quoniam enim $E\Delta$, $Z\Delta$ singulae in binis punctis sectionem secant, fieri potest, ut a Δ diametrus sectionis ducatur. quare etiam contingentes in utramque partem. ducantur contingentes ΔB, ΔA, et ducta BA, si fieri potest, per Λ, K ne cadat, sed aut per alterutrum aut per neutrum.

prius per Λ solum cadat rectamque ZH in M secet. itaque [III, 37] $Z\Delta : \Delta H = ZM : MH$; quod absurdum est; nam supposuimus, esse

$$Z\Delta : \Delta H = ZK : KH.$$

sin BA per neutrum punctorum Λ, K cadit, in utraque ΔE, ΔZ absurdum eueniet.

ι'.

Ταῦτα μὲν κοινῶς, ἐπὶ δὲ τῆς ὑπερβολῆς μόνης· ἐὰν τὰ μὲν ἄλλα τὰ αὐτὰ ὑπάρχῃ, αἱ δὲ τῆς μιᾶς εὐθείας συμπτώσεις περιέχωσι τὰς τῆς ἑτέρας συμπτώσεις, καὶ τὸ Δ σημεῖον ἐντὸς ᾖ τῆς ὑπὸ τῶν ἀσυμπτώτων περιεχομένης γωνίας, τὰ αὐτὰ συμβήσεται τοῖς προειρημένοις, ὡς προείρηται ἐν τῷ β̄ θεωρήματι.

ια'.

Τῶν αὐτῶν ὄντων ἐὰν αἱ τῆς μιᾶς συμπτώσεις μὴ περιέχωσι τὰς τῆς ἑτέρας συμπτώσεις, τὸ μὲν Δ σημεῖον ἐντὸς ἔσται τῆς ὑπὸ τῶν ἀσυμπτώτων περιεχομένης γωνίας, καὶ ἡ καταγραφὴ καὶ ἡ ἀπόδειξις ἡ αὐτὴ τῷ θ̄.

ιβ'.

Τῶν αὐτῶν ὄντων ἐὰν περιέχωσιν αἱ τῆς μιᾶς εὐθείας συμπτώσεις τὰς τῆς ἑτέρας, καὶ τὸ ληφθὲν σημεῖον ἐν τῇ ἐφεξῆς γωνίᾳ τῆς ὑπὸ τῶν ἀσυμπτώτων περιεχομένης ᾖ, ἡ διὰ τῶν διαιρέσεων ἀγομένη εὐθεῖα ἐκβαλλομένη τῇ ἀντικειμένῃ τομῇ συμπεσεῖται, καὶ αἱ ἀπὸ τῶν συμπτώσεων ἐπὶ τὸ Δ σημεῖον ἀγόμεναι εὐθεῖαι ἐφάψονται τῶν ἀντικειμένων.

ἔστω ὑπερβολὴ ἡ ΕΗ, ἀσύμπτωτοι δὲ αἱ ΝΞ, ΟΠ, καὶ κέντρον τὸ Ρ, καὶ τὸ Δ σημεῖον ἔστω ἐν τῇ ὑπὸ ΞΡΠ γωνίᾳ, καὶ ἤχθωσαν αἱ ΔΕ, ΔΖ τέμνουσαι τὴν ὑπερβολὴν ἑκατέρα κατὰ δύο σημεῖα, καὶ περιεχέσθω τὰ Ε, Θ ὑπὸ τῶν Ζ, Η, καὶ ἔστω, ὡς μὲν ἡ ΕΔ πρὸς ΔΘ, ἡ ΕΚ πρὸς ΚΘ, ὡς δὲ ἡ ΖΔ πρὸς ΔΗ, ἡ ΖΛ

10. τὸ μέν] τὸ δέ Halley praeeunte Commandino. 11. ἔσται] ᾖ Halley. 18. διαιρέσεων] p, αἱρέσεων V. 24. τέμνουσαι] cp, bis V. 25. δύο] β̄ V.

X.

Haec quidem communiter, in hyperbola autem sola sic: si reliqua eadem supponuntur, puncta autem concursus alterius rectae puncta concursus alterius continent, et punctum Δ intra angulum ab asymptotis comprehensum positum est, eadem euenient, quae antea diximus, sicut prius dictum est in propositione II.

XI.

Iisdem positis si puncta concursus alterius puncta concursus alterius non continent, punctum Δ intra angulum ab asymptotis comprehensum positum erit,[1]) et figura demonstratioque eadem erit, quae in propositione IX.

XII.

Iisdem positis si puncta concursus alterius rectae puncta concursus alterius continent, et punctum sumptum in angulo positum est, qui angulo ab asymptotis comprehenso deinceps est positus, recta per puncta diuisionis ducta producta cum sectione opposita concurret, et rectae a punctis concursus ad Δ punctum ductae sectiones oppositas contingent.

sit EH hyperbola, asymptotae autem $N\Xi$, $O\Pi$, et centrum P, Δ autem punctum in angulo $\Xi P\Pi$ positum sit, ducanturque ΔE, ΔZ hyperbolam secantes singulae in binis punctis, et E, Θ a Z, H contineantur, sit autem $E\Delta : \Delta\Theta = EK : K\Theta$, $Z\Delta : \Delta H = Z\Lambda : \Lambda H$. demonstrandum, rectam per K, Λ ductam cum sectione

1) Hoc quidem falsum est, sed emendatio incerta.

πρὸς ΛΗ. δεικτέον, ὅτι ἡ διὰ τῶν Κ, Λ συμπεσεῖταί τε τῇ ΕΖ τομῇ καὶ τῇ ἀντικειμένῃ, καὶ αἱ ἀπὸ τῶν συμπτώσεων ἐπὶ τὸ Δ ἐφάψονται τῶν τομῶν.

ἔστω δὴ ἀντικειμένη ἡ Μ, καὶ ἀπὸ τοῦ Δ ἤχθωσαν ἐφαπτόμεναι τῶν τομῶν αἱ ΔΜ, ΔΣ, καὶ ἐπιζευχθεῖσα ἡ ΜΣ, εἰ δυνατόν, μὴ ἐρχέσθω διὰ τῶν Κ, Λ, ἀλλ' ἤτοι διὰ τοῦ ἑτέρου αὐτῶν ἢ δι' οὐδετέρου.

ἐρχέσθω πρότερον διὰ τοῦ Κ καὶ τεμνέτω τὴν ΖΗ κατὰ τὸ Χ. ἔστιν ἄρα, ὡς ἡ ΖΔ πρὸς ΔΗ, ἡ ΧΖ πρὸς ΧΗ· ὅπερ ἄτοπον· ὑπόκειται γάρ, ὡς ἡ ΖΔ πρὸς ΔΗ, ἡ ΖΛ πρὸς ΛΗ.

ἐὰν δὲ μηδὲ δι' ἑτέρου τῶν Κ, Λ ἔρχηται ἡ ΜΣ, ἐφ' ἑκατέρας τῶν ΕΔ, ΔΖ τὸ ἀδύνατον συμβαίνει.

ιγ'.

Τῶν αὐτῶν ὄντων ἐὰν τὸ Δ σημεῖον ἐπὶ μιᾶς τῶν ἀσυμπτώτων ᾖ, καὶ τὰ λοιπὰ τὰ αὐτὰ ὑπάρχῃ, ἡ διὰ τῶν διαιρέσεων ἀγομένη παράλληλος ἔσται τῇ ἀσυμπτώτῳ, ἐφ' ἧς ἐστι τὸ σημεῖον, καὶ ἐκβαλλομένη συμπεσεῖται τῇ τομῇ, καὶ ἡ ἀπὸ τῆς συμπτώσεως ἐπὶ τὸ σημεῖον ἀγομένη ἐφάψεται τῆς τομῆς.

ἔστω γὰρ ὑπερβολὴ καὶ ἀσύμπτωτοι, καὶ εἰλήφθω ἐπὶ μιᾶς τῶν ἀσυμπτώτων τὸ Δ, καὶ διήχθωσαν αἱ εὐθεῖαι καὶ διῃρήσθωσαν, ὡς εἴρηται, καὶ ἤχθω ἀπὸ τοῦ Δ ἐφαπτομένη τῆς τομῆς ἡ ΔΒ. λέγω, ὅτι ἡ

2. τε] om. c; τῇ τε Halley. 4. δή] δέ Vp; corr. Halley. 6. ἡ] cpv, euan. V. 11. ΖΔ] ΕΔ V, ΞΔ p; corr. Memus. 12. ΖΛ] p, ΕΛ V. ΛΗ] p, ΔΗ V. 24. διῃρήσθωσαν] p, διῃρήσθω V.

ΕΖ et cum sectione opposita concurrere, et rectas a punctis concursus ad Δ ductas sectiones contingere.



opposita igitur sit M, et a Δ sectiones contingentes ducantur ΔM, ΔΣ, ductaque MΣ, si fieri potest, per K, Λ ne cadat, sed aut per alterutrum aut per neutrum eorum.

prius per K cadat et rectam ZH in X secet. itaque [III, 37] $Z\Delta : \Delta H = XZ : XH$; quod absurdum est; supposuimus enim, esse

$$Z\Delta : \Delta H = Z\Lambda : \Lambda H.$$

sin per neutrum punctorum K, Λ cadit MΣ, in utraque EΔ, ΔZ absurdum euenit.

XIII.

Iisdem positis si punctum Δ in alterutra asymptotarum positum est, et reliqua eadem supponuntur, recta per puncta diuisionis ducta parallela erit asymptotae, in qua punctum positum est, et producta cum sectione concurret, et recta a puncto concursus ad punctum ducta sectionem continget.

sit enim hyperbola asymptotaeque, et in alterutra asymptotarum sumatur Δ, producanturque rectae et diuidantur, sicut dictum est, a Δ autem sectionem ἀπὸ τοῦ B παρὰ τὴν ΠO ἀγομένη ἥξει διὰ τῶν K, Λ.

εἰ γὰρ μή, ἤτοι διὰ τοῦ ἑνὸς αὐτῶν ἐλεύσεται ἢ δι' οὐδετέρου.

ἐρχέσθω διὰ μόνου τοῦ K. ἔστιν ἄρα, ὡς ἡ $Z\Delta$ πρὸς ΔH, ἡ ZX πρὸς XH· ὅπερ ἄτοπον. οὐκ ἄρα ἡ ἀπὸ τοῦ B παρὰ τὴν ΠO ἀγομένη διὰ μόνου τοῦ K ἐλεύσεται· δι' ἀμφοτέρων ἄρα.

ιδ'.

Τῶν αὐτῶν ὄντων ἐὰν τὸ Δ σημεῖον ἐπὶ μιᾶς ᾖ τῶν ἀσυμπτώτων, καὶ ἡ μὲν ΔE τέμνῃ τὴν τομὴν κατὰ δύο σημεῖα, ἡ δὲ ΔH κατὰ μόνον τὸ H παράλληλος οὖσα τῇ ἑτέρᾳ τῶν ἀσυμπτώτων, καὶ γένηται, ὡς ἡ ΔE πρὸς $\Delta\Theta$, ἡ EK πρὸς $K\Theta$, τῇ δὲ ΔH ἴση ἐπ' εὐθείας τεθῇ ἡ $H\Lambda$, ἡ διὰ τῶν K, Λ σημείων ἀγομένη παράλληλός τε ἔσται τῇ ἀσυμπτώτῳ καὶ συμπεσεῖται τῇ τομῇ, καὶ ἡ ἀπὸ τῆς συμπτώσεως ἐπὶ τὸ Δ ἐφάψεται τῆς τομῆς.



ὁμοίως γὰρ τῷ προειρημένῳ ἀγαγὼν τὴν ΔB ἐφαπτομένην λέγω, ὅτι ἡ ἀπὸ τοῦ B παρὰ τὴν ΠO ἀσύμπτωτον ἀγομένη ἥξει διὰ τῶν K, Λ σημείων.

εἰ οὖν διὰ τοῦ K μόνου ἥξει, οὐκ ἔσται ἡ ΔH τῇ $H\Lambda$ ἴση· ὅπερ ἄτοπον. εἰ δὲ διὰ τοῦ Λ μόνου, οὐκ ἔσται, ὡς ἡ $E\Delta$ πρὸς $\Delta\Theta$, ἡ EK πρὸς $K\Theta$. εἰ

6. πρὸς XH] p, om. V. 7. K] B Vp; corr. Halley.

contingens ducatur ΔB. dico, rectam a B rectae ΠO parallelam ductam per K, Λ cadere.



nam si minus, aut per alterutrum eorum cadet aut per neutrum. cadat per K solum. itaque [III, 35] $Z\Delta : \Delta H = ZX : XH$; quod absurdum est. ergo recta a B rectae ΠO parallela ducta per K solum non cadet. ergo per utrumque cadet.

XIV.

Iisdem positis si punctum Δ in alterutra asymptotarum positum est, et ΔE sectionem in duobus punctis secat, ΔH autem alteri asymptotarum parallela in H solo, et fit $EK : K\Theta = \Delta E : \Delta\Theta$, poniturque in ΔH producta $H\Lambda = \Delta H$, recta per K, Λ puncta ducta et asymptotae parallela erit et cum sectione concurret, rectaque a puncto concursus ad Δ ducta sectionem continget.

nam eodem modo, quo in praecedenti, ducta ΔB contingenti dico, rectam a B asymptotae ΠO parallelam ductam per puncta K, Λ cadere.

si igitur per K solum cadit, non erit $\Delta H = H\Lambda$ [III, 34]; quod absurdum est. sin per Λ solum cadit, non erit $E\Delta : \Delta\Theta = EK : K\Theta$ [III, 35]. sin neque per K neque per Λ cadit, utrobique absurdum eueniet. ergo per utrumque cadet.

δὲ μήτε διὰ τοῦ *Κ* μήτε διὰ τοῦ *Λ*, κατ' ἀμφότερα συμβήσεται τὸ ἄτοπον. δι' ἀμφοτέρων ἄρα ἐλεύσεται.

ιε'.

Ἐὰν ἐν ἀντικειμέναις ληφθῇ τι σημεῖον μεταξὺ τῶν δύο τομῶν, καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἡ μὲν ἐφάπτηται μιᾶς τῶν ἀντικειμένων, ἡ δὲ τέμνῃ ἑκατέραν τῶν ἀντικειμένων, καὶ ὡς ἔχει ἡ μεταξὺ τῆς ἑτέρας τομῆς, ἧς οὐκ ἐφάπτεται ἡ εὐθεῖα, καὶ τοῦ σημείου πρὸς τὴν μεταξὺ τοῦ σημείου καὶ τῆς ἑτέρας τομῆς, οὕτως ἔχῃ μείζων τις εὐθεῖα τῆς μεταξὺ τῶν τομῶν πρὸς τὴν ὑπεροχὴν αὐτῆς κειμένην ἐπ' εὐθείας τε καὶ πρὸς τῷ αὐτῷ πέρατι τῇ ὁμολόγῳ, ἡ ἀπὸ τοῦ πέρατος τῆς μείζονος εὐθείας ἐπὶ τὴν ἁφὴν ἀγομένη συμπεσεῖται τῇ τομῇ, καὶ ἡ ἀπὸ τῆς συμπτώσεως ἐπὶ τὸ ληφθὲν σημεῖον ἀγομένη ἐφάπτεται τῆς τομῆς.

ἔστωσαν ἀντικείμεναι αἱ *Α*, *Β*, καὶ εἰλήφθω τι σημεῖον μεταξὺ τῶν τομῶν τὸ *Δ* ἐντὸς τῆς ὑπὸ τῶν ἀσυμπτώτων περιεχομένης γωνίας, καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἡ μὲν *ΔΖ* διήχθω ἐφαπτομένη, ἡ δὲ *ΑΔΒ* τέμνουσα τὰς τομάς, καὶ ὃν ἔχει λόγον ἡ *ΑΔ* πρὸς *ΔΒ*, ἐχέτω ἡ *ΑΓ* πρὸς *ΓΒ*. δεικτέον, ὅτι ἡ ἀπὸ τοῦ *Ζ* ἐπὶ τὸ *Γ* ἐκβαλλομένη συμπεσεῖται τῇ τομῇ, καὶ ἡ ἀπὸ τῆς συμπτώσεως ἐπὶ τὸ *Δ* ἀγομένη ἐφάψεται τῆς τομῆς.

ἐπεὶ γὰρ τὸ *Δ* σημεῖον ἐντός ἐστι τῆς περιεχούσης τὴν τομὴν γωνίας, δυνατόν ἐστι καὶ ἑτέραν ἐφαπτομένην ἀγαγεῖν ἀπὸ τοῦ *Δ*. ἤχθω ἡ *ΔΕ*, καὶ ἐπιζευχθεῖσα ἡ *ΖΕ* ἐρχέσθω, εἰ δυνατόν, μὴ διὰ τοῦ *Γ*,

9. ἔχει Vp; corr. Halley. 15. ἐφάψεται p. 19. *ΑΔΒ*] p, *ΑΒΔ* V.

XV.

Si in sectionibus oppositis punctum aliquod inter duas sectiones sumitur, et ab eo altera recta alterutram oppositarum contingit, altera utramque sectionem secat, et ut est recta inter alteram sectionem, quam non contingit recta illa, et punctum posita ad rectam inter punctum alteramque sectionem positam, ita est recta aliqua maior recta inter sectiones posita ad excessum in ea producta et ad eundem terminum positum ac partem correspondentem, recta a termino maioris rectae ad punctum contactus ducta cum sectione concurret, et recta a puncto concursus ad sumptum punctum ducta sectionem contingit.



sint oppositae *Α*, *Β*, sumaturque inter sectiones punctum aliquod *Δ* intra angulum ab asymptotis comprehensum positum, et ab eo *ΔΖ* producatur contingens, *ΑΔΒ* autem sectiones secans, sitque $A\Gamma : \Gamma B = A\Delta : \Delta B$. demonstrandum, rectam a Z ad *Γ* ductam productam cum sectione concurrere, et rectam a puncto concursus ad *Δ* ductam sectionem contingere.

quoniam enim *Δ* punctum intra angulum sectionem comprehendentem positum est, fieri potest, ut a *Δ* aliam quoque contingentem ducamus [II, 49]. du-ἀλλὰ διὰ τοῦ Η. ἔσται δή, ὡς ἡ ΑΔ πρὸς ΔΒ, ἡ ΑΗ πρὸς ΗΒ· ὅπερ ἄτοπον· ὑπόκειται γάρ, ὡς ἡ ΑΔ πρὸς ΔΒ, ἡ ΑΓ πρὸς ΓΒ.

ιϛʹ.

Τῶν αὐτῶν ὄντων ἔστω τὸ Δ σημεῖον ἐν τῇ ἐφεξῆς γωνίᾳ τῆς ὑπὸ τῶν ἀσυμπτώτων περιεχομένης, καὶ τὰ λοιπὰ τὰ αὐτὰ γινέσθω.

λέγω, ὅτι ἡ ἀπὸ τοῦ Ζ ἐπὶ τὸ Γ ἐπιζευγνυμένη ἐκβαλλομένη συμπεσεῖται τῇ ἀντικειμένῃ τομῇ, καὶ ἡ ἀπὸ τῆς συμπτώσεως ἐπὶ τὸ Δ ἐφάψεται τῆς ἀντικειμένης τομῆς.



ἔστω γὰρ τὰ αὐτά, καὶ τὸ Δ σημεῖον ἐν τῇ ἐφεξῆς γωνίᾳ τῆς ὑπὸ τῶν ἀσυμπτώτων περιεχομένης, καὶ ἤχθω ἀπὸ τοῦ Δ ἐφαπτομένη τῆς Α τομῆς ἡ ΔΕ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΕΖ καὶ ἐκβαλλομένη, εἰ δυνατόν, μὴ ἐρχέσθω ἐπὶ τὸ Γ, ἀλλ' ἐπὶ τὸ Η. ἔσται δή, ὡς ἡ ΑΗ πρὸς ΗΒ, ἡ ΑΔ πρὸς ΔΒ· ὅπερ ἄτοπον· ὑπόκειται γάρ, ὡς ἡ ΑΔ πρὸς ΔΒ, ἡ ΑΓ πρὸς ΓΒ.

ιζʹ.

Τῶν αὐτῶν ὄντων ἔστω τὸ Δ σημεῖον ἐπί τινος τῶν ἀσυμπτώτων.

catur ΔE, et ducta ZE, si fieri potest, per Γ ne cadat, sed per H. erit igitur $A\Delta : \Delta B = AH : HB$ [III, 37];[1]) quod absurdum est; supposuimus enim, esse $A\Delta : \Delta B = A\Gamma : \Gamma B$.

XVI.

Iisdem positis Δ punctum positum sit in angulo, qui angulo ab asymptotis comprehenso deinceps positus est, et reliqua eadem fiant.

dico, rectam a Z ad Γ ductam productam cum sectione opposita concurrere, et rectam a puncto concursus ad Δ ductam sectionem oppositam contingere.

sint enim eadem, et punctum Δ positum sit in angulo, qui angulo ab asymptotis comprehenso deinceps positus est, ducaturque a Δ sectionem A contingens ΔE, et ducatur EZ et producta, si fieri potest, ad Γ ne ueniat, sed ad H. erit igitur [III, 39]

$$AH : HB = A\Delta : \Delta B;$$

quod absurdum est; supposuimus enim, esse

$$A\Delta : \Delta B = A\Gamma : \Gamma B.$$

XVII.

Iisdem positis punctum Δ in alterutra asymptotarum sit positum.

dico, rectam a Z ad Γ ductam parallelam esse asymptotae, in qua punctum positum sit.

1) Quae tum quoque ualet, cum utrumque punctum contactus in eadem opposita est positum, quamquam hic casus in figuris codicis non respicitur, ne in iis quidem, quas I p. 403 not. significaui.

λέγω, ὅτι ἡ ἀπὸ τοῦ Z ἐπὶ τὸ Γ ἀγομένη παράλληλος ἔσται τῇ ἀσυμπτώτῳ, ἐφ' ἧς ἐστι τὸ σημεῖον.



ἔστωσαν τὰ αὐτὰ τοῖς ἔμπροσθεν, τὸ δὲ Δ σημεῖον ἐπὶ μιᾶς τῶν ἀσυμπτώτων, καὶ ἤχθω διὰ τοῦ Z παράλληλος, καὶ εἰ δυνατόν, μὴ πιπτέτω ἐπὶ τὸ Γ, ἀλλ' ἐπὶ τὸ H. ἔσται δή, ὡς ἡ ΑΔ πρὸς ΔΒ, ἡ ΑΗ πρὸς ΗΒ· ὅπερ ἄτοπον. ἡ ἄρα ἀπὸ τοῦ Z παρὰ τὴν ἀσύμπτωτον ἐπὶ τὸ Γ πίπτει.

ιη'.

